

INDEX RVBRICARVM SIVE TITVLORVM.

Libri Primi.

Libri Secundi.

Libri Tertij.

Libri Quarti.

Libri Quinti.

Libri Sexti.

Finis Index Rubricarum.

INDEX
RERVM, ET MATERIARVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

INDEX.

Aucto-

INDEX.

INDEX.

Fidei-

L

M

Minorum

Onera-

I N D E X.

Q

R

ciẽnda

S

INDEX.

Sta-

T

FINIS.

Licet in Senatu prout in aliis Magistratibus non possunt intervenire duo eiusdem familiae, fallit tamen in Duce qui potest esse familiae alterius Ecc. Gub. et sic quatenus ex aliquo capite non posset Dux sedere in aliqua et fieret subrogatio eius loco iste subrogatus loco Ducis potest esse familiae alterius Ecc. Gub. quia subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatus, et ita observatum et fuit practicatum de mense 9bris 169.. in causa fratris de Fantinis. Vid. leg. anni 1576. cap. 9.

Citatio in decretis impetrandis virtute 9. Sen. non requiritur eorum qui in consequentiam leduntur quando sunt citati illi quorum principaliter interest, et sententia eo casu nocet etiam non citatis quoad praeiudicium in consequentiam ut sententiae declarationis nullitatis detentionis efficiant sequestra. Sic iudicatum per Supremos Syndic. 1639. 10. Junii in Manuali de consil. M. Petri Fran. Guani in causa Stephani ... in fo. 1638. nº 559.

Exemplum

1690 die ... Julii Ser.mus Senatus restauravit terminum diero sexa appositum ad reportandum relevans in Sent.a lata à M. Hier.mo ... Judice Appel.s interposita per Hieronimum Ocsomo ... à sententia M. Comm.ri Sarzanae, latae ad favorem M. Jo: Capellettis ... ad effectum reportandi relevans predicto, quae causa est apud acta Not. Caesaris Baldi et Decretum ... in Cancel.ria M. Antonii Montaldi.

Exemplum consimile

1690 ... 9bris fuit pariter restaurati terminus unius mensis reportandum magis relevans ap: pro... in sententia M. Dom.ci De Mari Judicis Delegati lata ad favorem Bernardi et Jo: Bapt.ae Martinelli contra Jo: Baptam Bordigonum q. ... ut ex actis Jo: Baptae Zecagni, et Decreto in fol. Expedit. M. Antonii Montaldi in d.a causa ad referendum commissionati

Exemplum

Ser.mus Senatus non potest deputare unum ad contrahendum pro alio. ita Ill.mi DD. Sup.mi 1636. die 1. Junij in causa Petri Fran.ci [illegible] adversus M. Carolum Pallavicinum et socios ex foliat. 1 anni 1633. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 16. sub n.o 19. facit Scacc. de Procurat. p.e 1. cap. 5. n.o 53. Rot. post Paulut. dissert. 85. sub n.o 19.

et quod per eumdem non possit suppleri consensus saltem. Sabij tint. Credit. p.e 1. cap. 3. n.o 15. Capyc. Galeot. controv. 26. n.o 3. et S. lib. 2. Vrsell. consult. 183. n.o 195.

Citatio in Decretis temporum vivorum non requiritur ex Decreto Collegiorum, et Minoris Concilij 1591. 16. 13. Febr. Neque requiritur quando decreta sunt motu proprio pro quieta Civium, ne veniant scandala, et relatum per M. Pantaleonem [illegible] et D. Jacobum Cattaneum supremis Sindic. in causa M. Augustini [illegible] anno 1651. 3. Julij in fol. n. 1659. n.o 625.

Principaliter interest interesse principale cuius sit [illegible]. Siurb. decis. 1. n.o 51. Dr. Amic. cons. 2. n.o 126.

Dispensatum facta intelligitur, quando in decreto apponitur clausula vel non citatis citandis Rot. Bonon. de Stat. decis. 30. n.o 141. ubi n.is seqq. de vi istius clausulae de qua vid. Mans. consult. 1251. n.o 36. et Altograd. Jun. controv. 40. n.o 50. ubi plene.

Limitatis in prorogationibus de quibus in Stat. de Janu. et Instan: in 9. sed declarato ibi in p.mo vel saltem in 2.da non possit amplius impetrare ex quibus requiruntur XI. vota Senatus cap. 19. in LL. 1536. lib. 9. constituere possint [illegible] cons. M. Joseph Doria in Manuali in causa Jo: Bapta Consolini in fol. 1633. in 329. in [illegible]

Anno 1589, die p.ma Martij observari ceperunt hec nova Statuta ut in decreto de quo infra cap. de caus. execut. pagin. 40 —

STATVTORVM CIVILIVM, REIPVBLICÆ GENVENSIS,

Liber Primus.

Ser. Senatus habet loco Principis in civilibus Armenzan. decis. 43. n.° 13.

De Decretis à Senatu impetrandis.

CAP. I.

DECRETA ſiue iuſtitiæ, ſiue gratiæ, non niſi parte, aut illo, cuius principaliter intereſt citato, impetrentur; alioquin ſubreptitia, & nullius momenti cenſeantur; niſi aliter per Senatum verbis claris diſpenſatum eſſet.

Quando porrectis per aliquem precibus, & eis ſub calculorum iudicio deductis, ſupplicata obtineri non potuerint, Cancellarius de eo ſub ſupplicatione ſcripturam faciat; & quotieſcunque de illis precibus iterum tractaretur, det notitiam Senatui; & re ter tentata, & non obtenta, ſupplicans non audiatur vlterius ſuper eadem ſupplicatione, niſi exacto ſemeſtre; & quicquid interim obtentum eſſet minori numero decem votorum, ſit ſubreptitium, niſi aliter Senatus verbis expreſſis, & eodem votorum numero mandaret.

Qui preces ſemel obtulerit, & ſupplicata obtinere non potuerit per tres vices, vt ſupra, & intra annum iterum ſuper eadem re ſupplicare voluerit, teneatur in ſecundis precibus expreſſam mentionem facere de primis, & de eo, quod ſecutum eſt ſuper eis, & obtinere concurrentibus decem votis; aliter quicquid impetraſſet, cenſeatur ſubreptitium, niſi eodem votorum numero Senatus aliter mandaret verbis expreſſis.

Hæc omnia diſpoſita intelligantur citra derogationem priorum legum de ſententiarum, teſtamentorum, & inſtrumentorum infrictione diſpo-

nentium: ſed ſupplicationes occaſione prædicta faciendæ ſubiaceant etiam regulis, & ordinibus, de quibus ſupra.

Si ſupplicatio fuerit reprobata, ita vt concurrerint in non concedendo tot vota, quot fuiſſent neceſſaria ad conceſſionem; ſupplicans non audiatur ſuper eadem re intrà annum, niſi Senatus ſaltem decem votis aliter diſponeret verbis claris.

Si quis decretum aliquod obtineret a Senatu de, aut ſuper negotio iam propoſito coràm Extraordinarijs, ſeu Magiſtratu Terræfirmæ, teneatur expreſſam mentionem fieri facere de dicta propoſitione; aliter decretum obtentum ſit ſubreptitium, obreptitiũ, & nullum; non obſtante quòd interuenerit numerus votorum alioqui requiſitus.

De rebus verò, aut negotijs cadentibus ſub iuriſdictione Extraordinariorum, ſeu officij Terrę firmę, teneatur quilibet, qui decretum obtinere voluerit a Senatu, impetrare interuenientibus ſaltem decem votis fauorabilibus; aliter decreta obtenta ſint obreptitia, & ſubreptitia.

Si aliqua reuiſio ſententiæ delegatorum data eſſet per Senatum, ſeu conceſſa, & propterea deberent vel conſtitui, vel ſubrogari aliqui delegati, pro electione nihilominus teneatur quilibet comparere coràm Extraordinarijs, vel officio Terræfirmæ, cui reſpectiuè ſpectaret illud negotium ex forma Statutorũ. Et ſi decretum aliquod ſiue delegationis, ſiue ſubrogationis impetraret a Senatu, teneatur illud impetrare ſub modis, & in omnibus, vt ſupra; aliàs ſit obreptitium, & ſubreptitium.

In ijs, quę per Senatum prouidenda erunt, abſtineant a voto, & recedant a loco habentes intereſſe, & agnati, cognati, & affines vſque in ſecundum gradum incluſiue, ſiue alicuius partium, ſiue habentium intereſſe, alioquin nullum ſit, quod fuiſſet decretum. Et intelligatur durare affinitas etiam poſt mortem eius, qui cauſam daret affinitatis.

Verùm, vt negotia breuiori via expediantur, ſi partes a Cancellario, ſiue mandato Senatus, ſiue inſtante aliqua ex ipſis partibus, fuerint monitæ, vt nominent, ſi quos nouerint in Senatu habere impedimentum aliquod, nè in cauſa dicere poſſint, & intra terminum comminatum non oppoſuerint, ſeu non manifeſtauerint ſub actis, ſit ratum, quod fuerit decretum, non obſtante aliquo impedimento agnationis, cognationis, & affinitatis, non tamen ad fauorem illius, qui ſciens habere propinquum in Senatu, tacuerit, ſed bene valeat ad eius damnum.

Non poſſint expediri, neque tradi per Cancellarios litteræ alicui officiali, iuſdicenti, aut miniſtro, niſi prius recepta appodiſia, ſeu admittatur a ſyndicatoribus ſupremis, & ab alijs Magiſtratibus etiam compe-rarum ſancti Georgij iuxta decreta Senatus; ſub pena librarum centum pro qualibet vice, & grauiori arbitrio Senatus.

Debeant Cancellarij, & præcipue ille, qui curam habet negotiorum Ciuilium, tenere in Cancellaria librum ſpeculi, & in eo ſaltem omni anno ante collationẽ officiorũ annotare nomina eorũ, qui fuiſſent declarati ponẽdi in dicto libro; & ideo requirere, & habere a ſupremis ſyndicatoribus, & eorũ Cãcellario dicta nomina, ad hoc, vt ſemper in collatione officiorũ liber ſpeculi Senatus conformet libro ſpeculi ſupremorũ.

1592.

Interesse ¶ quod hoc Statutū intelligendum sit de interesse putando et certo, non autē de novo et incerto
v. omnino Molphes. ad Consuet. Neapol. tit. de Renunciat. q.e 4. tom. 1. n.o 30 ad 35, Carav. delit. 113. n.o 11. Casareg.
hic n.o 10. at de interesse principali non 2.uo vid. Ditaquell. in tract. rei inter alios gesta versic. et
idem quoque de Iudice, Fusar. fin. cap. final. n.o 6. de majorat. et obedient. Gabriel. conclus. 1. n.o 301. de
citat. qui loquuntur ad 3.um Statuti. Sed contrariū tenet hic D. Casareg. n.o 9. et in puncto etiā Mascard.
de general. Statut. interpret. conclus. 5. n.o 71. et v. votum M. Philippi Leonij traditū Ser.mo Senatui
sup. derogat.ne facta sup. columna Grimalda inter volant. Io: Ratij vol. 3. fol. 526.

o Officialis appellatione an veniat Not.us quod sic Card. De Luc. de Iudic. disc. 5. n.o 5 et 6.

Sor.
Depu
proa
1676
Petri
M. C
socio
Mar
16.
Pro
Rot
sub

et q
contes
p. L.
contr
conc

MDXCII. Die XXVI. Februarij.

Serenissimus Dux, & Excellentiss. Domini Gubernatores, ac Illustriss. Domini Procuratores, &c. examinato prius negotio infrascripto ad calculos Decreuerunt, & Decernunt proponi minori consilio in omnibus, vt infra.

Signori, se bene nelle prouisioni, che fa il Serenissimo Senato in tener viui i tempi delle cause non è lecito citarsi le parti di coloro, che li ricercano, come cosa non necessaria, & la quale apportarebbe de i pregiuditij, nientedimeno per leuar via le difficultà, & sottilità, che ponno in ciò vsarsi da littigāti, atteso lo statuto De decretis à Senatu impetrādis, *nel principio, giudicano i Serenissimi Collegii esser ispediente, che si dichiari per le Signorie Vostre tale statuto non comprender le prouigioni de' tempi, che si tengono viui dal Serenissimo Senato, in maniera che in tener viui essi tempi non sia necessaria la citatione della parte. Il che hanno lor Signorie Serenissime deliberato col competente numero de' voti fauoreuoli proporre, come fanno alle Signorie Vostre; le quali quando siano di questo parere saranno contente dichiararlo con loro voti fauoreuoli, & prouedere in conformità della proposta.*

MDXCII. Die XXVII. Februarij.

Conuocato, & congregato in legitimo numero ad conspectum Serenissimi D. Ducis, & Excellentiss. DD. Gubernatorum, & Illustrissimorum DD. Procuratorū, & eorum mandato, centum virali Consilio, eidemq; lecta per me Cancellarium, & Secret. propositione supradicta, nōnullorum consiliariorum sententijs exquisitis, ex quibus plures laudauerūt declarari iuxtà dictam propositionem, collectis ita de more calculis, fuerūt ex ipsis inuenti septuaginta nouem fauorabiles, reliqui viginti duo contrarij, & sic decretum remansit iuxta continentiam, & seriem propositionis prædictæ, & ita fuit per me dict. Cancellarium, & Secret. alta, & intelligibili voce publicatum.

In Cancell. Costæ.

De Supremis Syndicatoribus. Cap. II.

SVpremi Syndicatores habeant illam auctoritatem pro syndicatu Collegiorum, vtriusque eorum, & singulorum particularium; & ad obseruari faciendum leges: & similiter alias facultates, quæ eisdem competunt ex forma legum Reipublicæ.

Habeant etiam eandemmet iurisdictionem, quæ harum legum vigore competit syndicatoribus ordinarijs, a quibus possint causas, & negotia ad se auocare, si voluerint. Et similiter circa incarceratos pro debitis habeant illam auctoritatem, quæ per regulas, & decreta eis competit; non possint tamen annullare detentiones factas pro maiori summa, quàm sit verum debitum, nisi pro supra pluri; sed detentio, etiam facta pro maiori summa veri debiti, valeat pro vero debito.

Possint inquirere, & procedere contra quoscunque officiales, & magistratus Reipublicę, tàm ordinarios, quàm extraordinarios, quos compererint auctoritate officij abusos fuisse; vel intemperantia, aut temeritate aliquem iniuria affecisse, & eos punire possint pro qualitate admissi, vt ipsis videbitur.

Non possit vllo modo a sententijs ipsorum super dictis syndicatibus latis appellari, nec contra eas opponi, contradici, aut querela moueri directè, vel indirectè: nec ab eis peti posit melioratio; imo sint, & habeantur pro validis, firmis, & legitimis, & mandentur executioni; exceptis tamē causis, de quibus in statuto de syndicatoribus Magistratuum Dominij, & seu de quibus aliter per statuta, vel leges Reipublicæ dispositum esset.

Et posint in omnibus, & singulis prędictis syndicatibus procedere, omni iudiciorum ordine prætermisso, & sine aliqua iuris solennitate secundum eorū conscientiā; citato tamen reo saltim semel personaliter, vel ter ad domum, si reperiri non poterit, aut saltem semel per proclama; non denegatis defensionibus, intra breuem terminū arbitrio ipsorum.

Nullus Magistratus cuiuscumq; conditionis, excluso Senatu, posit compellere supremos syndicatores, neque eorum scribam, neque aliquem eorum ad faciendum, aut tradendum copiam actorum, seu scripturarum, quæ pertinent ad syndicatus, aut, quæ ab eis dependent. Et respectu actorum syndicatus Ducis, Gubernatorum, & Procuratorum Reipublicę, tàm coniunctim, & vtriusque diuisim, quàm particularium cuiuslibet ipsorum Collegiorum, non posint etiam compelli a Senatu ad ea tradendum.

Singulis annis apto tempore accedant in Senatum, & cum eo eligant syndicatores, qui mittuntur annuatim ad syndicandū officiales, iusdicentes, scribas, & ministros in vtraque riparia, & in locis vltra iugum, & in toto Dominio; & pariter eligant scribas eorundem syndicatorum de scribis Collegij notariorum Genuę, quibus syndicatoribus, vt supra eligendis, posint dicti supremi concedere in prædicto syndicatu exercendo eam auctoritatem, quam ipsi supremi habent, seu magis limitatam, pro vt eis videbitur.

__Avocare__ § etiam inferior à Pnpe potest ratione superioritatis causā ab alio Iud.e ad se avocare. B. Folle. in Constitut. Regn. de Magistrat. Iustit. n.o 115.

__Pro maiori summa__ § Detentio facta pro maiori summa est nulla de iure coi, tam si excessus sit in mandato quam si sit in ipsamet execut.ne ut distinguit Scanarol. de visit. carcer. lib. 3. cap. 4. n.o 23, et 30. Rocc. Episc. cap. 103. n.o 13. et segq. § 50. unde hoc statutum videtur intelligendum quando nullitas seu excessus est in ipsamet execut.ne ponderando verbum __Detentio__, non vero quando excessus est in mandato. et ita die... [illegible] fuit Ptr. D. Abbatem Hyacintum Serra in causa Bened.i Morandi carcerati cum Con.to de Medicis de anno 1707. de mense Ianuarij. V. de Comit. decis. Senen. 1. n.o 6. et et segq. vid. Chartar. decis. 39. n.o 4. cum segq.

Ser
Depu
proa
163
Petr
M. C
Socio
Mar
16.
Pro
Rot
sub

et q
conte
po L
contr
conc

Prætor Ciuitatis,& quilibet alius magistratus, tàm Ciuitatis, quàm Dominij, quandocumque fuerit requisitus, teneatur dare ipsis supremis syndicatoribus ministros,& seruientes pro exequendis ijs, quæ ad eorum officium pertinent. Et etiam ministri, & seruientes omnes teneantur obedire,& exequi ea,quæ sibi fuerint mandata a dictis supremis contra quoscumque etiam officiales, pro exequendis ijs, quæ ad eorũ officium pertinent, vt supra.

De Syndicatoribus Ordinarijs. Cap. III.

PRæcipuum munus Syndicatorum erit curare, vt leges a Magistratibus, ceterisq; iusdicentibus obseruentur; & ideò posſint prouidere secundum formam statutorum, & secundùm auctoritatem eis per statuta specialiter, & respectiuè concessam.

Posſint omnes,& singulos Magistratus,iusdicentes, delegatos, arbitros, arbitratores, & omnes,& singulos alios iudices ordinarios,& extraordinarios compellere ad ius reddendum, iuxtà eorum respectiuè officij iurisdictionem,& secundùm formam statutorum, & ordinamentorum Reipublicę: & similiter ad ea obseruanda iuxta tenorem statuti de extrinseco intellectu prohibito. Contrafacientes verò punire posſint in pœnam scutorum vigintiquinque pro qualibet vice applicatorum Cameræ Reipublicæ; & vbi adesset pars requirens obseruantiam statutorum, quæ propterea dedisset notitiam de contrafactione,sit ei applicata pœna pro medietate. Et hæc citra derogationem aliarum pœnarum, quæ ex natura officij, seu muneris fortè essent impositæ.

Et posſint etiam, vt supra de iudicibus dictum fuit, compellere aduocatos, notarios, causidicos, procuratores, curatores, caualerios, nuntios, & ceteros ministros Reipublicæ cuiuscumque generis, & qualitatis ad obseruantiam ordinum, & regularum eis respectiuè impositarũ. Et contrafacientes punire in pœnas per statuta respectiuè impositas.

Sint iudices in causis nullitatis, & excessus iuxta formam statuti, De sententiarum firmitate, etiam durante officio illius, qui sententiam tulisset, quantum pro interesse partis; & super salarijs magistrorũ grammaticæ, arithmeticæ, scribendi, & similium; & super ordinibus, tam respectu mercedis, quàm doctrinæ, & aliorum ad dictas artes, & bonos mores spectantium; & propterea non posſint prædicti scholam aperire, neque dictas artes docere, quin prius præstent idoneam fideiusſionem in actis syndicatorum pro scutis vigintiquinque auri de obseruando eorum mandata.

Similiter sint iudices super mercede, & salarijs quorumcumque seruientium, tàm masculorum, quàm fœminarum; & super danda, vel non danda licentia de recedendo, vel accedendo ad seruitia, ad formam statuti de seruis, & famulis.

Et sint etiam iudices in causis libertatis, seu seruorum, aut seruarum,qui, vel quæ se liberos, aut liberas assererent, vel prætenderent.

Et pariter sint iudices super differentijs, & controuersijs occasione vi-

ctualium venditarum, ſeu reuenditarum vſque in ſummam librarum quadringentarum.

Omnes, & ſingulæ appellationes a ſententijs Conſulum quarumuis nationum,& quarumcumque artium Ciuitatis,deuoluantur ad ipſos ſyndicatores, qui in earum cauſis ſint iudices.

A ſententijs latis per dictos Syndicatores ſuper ſyndicatibus, non poſſit appellari, neque reclamari, ſed executioni mandentur, in omnibus, vt in ſtatuto,De ſupremis ſyndicatoribus dictũ fuit. ab alijs verò ſententijs non poſſit appellari, niſi vt in ſtatutis, De meliorandis ſententijs, & de appellationibus diſponitur.

Poſſint facere approbationes fideiuſſorum in cauſis ſuſpecti, ad formam ſtatuti de debitore ſuſpecto, vſque in quamcumque ſummam,concurrentibus omnibus tribus votis; & vbi duo tantum concurrerent, vſq; in ſummam librarum duarum millium; & pari modo approbationes fideiuſſionum præſtandarum in quibuſcumque alijs cauſis ciuilibus, ſeu quacumq; alia occaſione ciuili, vſque in ſummam librarum quingentarum tantum; quæ tamen non dependant a maiori ſumma dictarum librarum quingentarum.

In cauſis, in quibus non datur appellatio, poſſint ipſi ſyndicatores procedere, & iudicare ſummarie, ſola facti veritate inſpecta, ſimpliciter, & de plano.

De Magiſtratu Extraordinariorum, Cap. IIII.

MAgiſtratus extraordinariorum poſſit ad inſtantiam pauperum, ſeu miſerabilium perſonarum delegare earum cauſas, ſub illis modis, & formis, pro vt ei videbitur pro minori partium diſpendio; dum tamen prius ad calculos declaret tales perſonas inſtantes eſſe pauperes,ſeu miſerabiles, vt ſupra.

Poſſit etiam conſtituere magiſtratum inter perſonas, de quibus in ſtatuto de committendis propinquorum quæſtionibus, excluſis ſemper cauſis, quæ a dicto ſtatuto excluduntur, & ſine derogatione iuriſdictionis magiſtratuum ordinariorum, iuxta formam dicti ſtatuti.

Et ſimiliter poſſit de voluntate partium delegare omnes cauſas ſub modis, formis, terminis, poteſtate exequendi, & alijs, quemadmodum partes ipſæ cõuenerint; & etiam concedere arbitris, & arbitratoribus auctoritatem exequendi, iuxta partium voluntatem, ſeu conſenſum.

Vlterius poſſit ex cauſa vrgenti,& graui delegare omnes,& ſingulas alias cauſas, dum tamen in earum delegatione facienda concurrant vota, quæ in reſtaurationibus requiruntur.

Supplere poſſit quibuſcunque defectibus obſeruantiæ ſtatutorum, & ſolennitatum ex forma ſtatutorum requiſitarum, in quibuſcumque inſtrumentis, tàm factis, quàm faciendis; & ideo poſſit reſpectu prædictorum derogare quibuſcumque ſtatutis.

Declarato tamen, quòd in contractibus mutuæ obligationis, ſeu inter partes factis; in quibus per ambas fuerit ſupplicatum eos confirmari,

poſſit

Per intromissionem Ser.mi Senatus cessat Iurisdictio Mag.tus infra copti sic Sup.mi de consil. in causa Bartholomei Bragij in fol. C.no 1621. n.o 184.

Supplere voit. Supplet solemnitatibus omissis, non autem inhabilitationi et incapacitati p.one contrahentis. Quint. cons. 41. n.o 10. lib. 1., et tot. cons. 169. n.o 36.

Si contractus fiat uno modo et Magtus comprobet sub diverso modo neutrum valet sed habet locum reg.a quod volui nolui, quod volui adimplere nequivi, Caspar de pact. et stipulat. p.e 10. dub. ult. sub n.o 1.

Per ambas partes. Consensus pro confirmatione an possit ab una partium revocari v. Cephal. cons. 514 tot. lib. 1. ubi quod non possit.

Prorogare [illegible] potest non solum ex dispone stat.ⁱ sed etiam de iure coi prorogare tempus inventarij ut in puncto de Bo. Magni tradit [illegible] de inventar. q.ⁿ 193. n.ⁱ 21. et 23.

Pro obtinenda instauratione non requiritur Citatio, Roland. à Vall. cons. 4. lib. 3. nº 69. cum seq. Capyc. decis. 165. in fin., Cappon. ad Stat. Mediol. cap. 11. nº 119; sed obstat Statut. sup.ª de Decret. in princip.

Sed possit [illegible] prorogare non restaurare. Vid. Castald. cons. 12. Altograd. cons. 64. n.º 11. [illegible] Altimar. de nullit. tom. 4. rubr. 1. n.ᶜ 2. q.ᵉ 15. sub. n.º 395. Conciol. ad Statut Eugub. lib. 2. rubr. 51. n.º 10; Connius [illegible] 51. n.º 12. in fin. ubi de Iudice.

poſſit idem Magiſtratus prouidere, & confirmationem, pro vt ei videbitur, facere ad inſtantiam cuiuslibet partium, intra annum a die celebrati contractus, abſque aliqua citatione. Poſt verò dictum annũ, teneatur prius alteram partem citari facere, & comparentem audire. Reſpectu verò contractuum, in quibus non fuiſſet per partes ſupplicatum, non poſſit comprobationem facere, niſi parte citata, & audita ſi comparuerit.

Prorogare poſſit quæcumque tempora cauſarum, & quæcumque tempora ſtatutaria, quemadmodum eidem Magiſtratui videbitur, ſalua ſemper diſpoſitione ſtatuti de temporibus, & inſtantijs, contra quam diſpenſare non poſſit.

Et declarato quòd non poſſit prorogare tempus ad auocandum bona immobilia, neque etiam tempus conceſſum creditoribus vergentium ad inopiam de redimendo bona ſtabilia, in quibus alij creditores conſecuti fuiſſent ſolutionem vltra ſortem, & expenſas, ad formam ſtatuti de materia diſponentis.

Inſuper poſſit reſtaurare quæcumque tempora, terminos, & inſtantias cauſarum; & quæcumque tempora ſtatutaria, quæ, vt ſupra dictum fuit, poteſt prorogare; dum tamen per dictam reſtaurationem non infringatur aliqua res iudicata, ſiue laudum directè, vel indirectè.

Sed poſſit non obſtantibus prædictis prorogare tempus ad redimendum appoſitum in ſententia, ſeu laudo, ſeu inſtrumento; dum tamen concurrant vota in reſtaurationibus, vt infra requiſita.

Conſtituere poſſit tutores, & curatores minoribus, ac ipſos conſtitutos, & ſimiliter fideicommiſſarios, executores, tutores, & curatores teſtamentarios amouere, ſubrogare, & ſubſtituere, & eiſdem reſpectiue concedere auctoritatem, ſiue per teſtamentum, ſiue per ſtatuta, aut leges attributam; & etiam quancumque aliam auctoritatem, quæ ipſi Magiſtratui videbitur pro qualitate perſonarum, & munerum. Et pariter poſſit, ſi ita ei videbitur concedere prædictis fideicommiſſarijs, executoribus, tutoribus, & curatoribus priuilegia, quòd non teneantur de neglectis, præteritis, & omiſſis; & quòd vnus non teneatur pro alio, niſi reſpectu eorum, quæ in alium perueniſſent de illius conſenſu; & priuilegium quòd non poſſint cogi ad reddendum rationem, niſi corã delegatis conſtituendis a Senatu, ſiue ab ipſo magiſtratu extraordinariorum; ſed in reliquis dicti fideicommiſſarij executores, tutores, & curatores ſubiaceant diſpoſitioni ſtatutorum, & maxime ſtatuti, de officio tutorum, & curatorum.

In caſibus verò particularibus, poſsit concedere dictis fideicommiſſarijs, & executoribus tutoribus, & curatoribus facultatem, & bailiam capiendi quodcumque accordium, etiam pro minori ſumma, & reſtringendi bona hæreditaria, & ea deferendi ad ciuitatem, ſeu ad locum Dominij, in quo habent adminiſtrationem ſiue mari, ſiue terra, ſiue in pecunijs via cambij, ſiue in mercibus, vt dicto magiſtratui videbitur; & facultatem conſtituendi actores ad prædicta. Et hæc omnia riſico, & periculo hæreditatis, & hæredum; & non in aliquo ipſorum

fideicommiſſariorum, executorum, tutorum, & curatorum.

Fideiuſſores quoſcumque quauis cauſa, & occaſione ciuili datos, & dandos pro quacumque ſumma, poſsint approbare, ſalua ſemper auctoritate conceſſa ſyndicaroribus minoribus.

Præterea ſint iudices in committendis appellationibus, quæ interponerẽtur a ſententijs Rotæ Ciuilis, quas tamen committere non poſsint, niſi prius habita fide ſubſcripta per Cancellarium Procuratorum Reipublicæ de ſolutione gabellæ facta dictis Procuratoribus; neque etiam poſsint præcepta cõcedere, niſi prius habita dicta fide. Et commiſsio, ac electio iudicum fiat ad calculos de vno quoq; iudicum ſeparatim, & parte citata, ac receptis confidentibus doctorum, & receptis ſuſpectis aliorum Ciuium; quorum ſuſpectorum numerus moderari poſsit. Et commiſsio fiat tribus doctoribus de Collegio, ſiue alijs doctoribus, etiam extraneis, & Eccleſiaſticis, & ciuibus, ac mercatoribus, ſeu mixtim; dum tamen omnes domicilium habeant in ciuitate Genuæ, vt eidem magiſtratui videbitur; ea ſemper habita ratione, quòd vbi tractabitur de re mercantili, plures ſint mercatores; & vbi de apicibus iuris, plures ſint doctores: id tamen ſit arbitratu, & ex conſcientia dicti magiſtratus.

Et ſaluis ſupraſcriptis pro quibuſcumque cauſis, & controuerſijs ciuilibus, & dependentibus a ciuili, haberi poſsit recurſus ad dictum magiſtratum, perinde ac ſi poſſet ad Senatum; excluſis ſemper cauſis, in quibus camera Reipublicæ habet intereſſe; & illis, in quibus tractaretur de Ciuitate, ſeu aliqua eius parte reddenda pulchriori, vel commodiori; & excluſis ſaluiſconductibus, ac illis prouiſionibus, in quibus ex forma legum Reipublicæ, requiruntur vndecim vota Senatus.

In reſtaurationibus, vt ſupra faciendis, & in alijs, quæ numerum votorum reſtaurationum requirunt, interuenire debeant ad minus ſex calculi, & aliter non valeant. in ceteris vero omnibus concurrere debeant ſaltem quinque.

Si aliqua requiſitio, ſupplicatio, ſeu cauſa fuerit propoſita ad calculos per tres vices, & non fuerit obtenta, nec reprobata, non poſsit vlterius in dicto magiſtratu proponi, niſi elapſis annis duobus tunc proxime ſecuturis: & ſi eis finitis, iterum proponeretur, teneatur proponens in ſupplicatione mentionem facere de propoſitionibus antea ſecutis. Et poſsit ſemel tantum proponi, & ſi approbata non fuerit, habeatur in numero reprobatorum, & reiecta in perpetuum intelligatur; & Cancellarius teneatur notare ſub ſupplicatione propoſitionem factam, & negotium non obtentum, & illud notificare magiſtratui, ad hoc, vt in ſecunda, & tertia propoſitione ſit informatus de ſecutis. Si verò concurrerent etiam ſemel tantùm tot vota in reprobando, quot requiruntur in affirmando, non poſsit iterùm proponi, niſi tranſactis duobus annis, & ſemel tantùm, & facta mentione in ſupplicatione, in omnibus vt ſupra; & quicquid contra formam præſentis ſtatuti obtentum foret, non valeat.

Poſsit ſedere, & iuriſdictionem adminiſtrare omnibus diebus, etiam non iuri-

Quod sit etiam iudex in cognoscendo, utrum causa sit appellabilis, necessariusque commissio, et sufficit summaria causae cognitio appellabilem. vid. Ruginel. de appellat. in pref. n° 68. sed vid. Riminald. Iun. cons. 198. n° 10. et 29. Surd. decis. 195. Sold. comb. u. lit. in fin. 8. n.

Committendis. hoc casu est merus executor. Card. cons. 192. n° 1. vers. propterea [illegible] Capran. ad Stat. Mediol. cap. 121. n° 215. lib. 1. et decis. 610. n° 3. p. 14. Rec.

Iudices sic electi non possunt dici delegati. l. 1. §. qui sua Iurisdict. vid. Marsil. in tract. Sanp. in verb. Commis. n° 1. et seq. Felin in cap. licet n° 3. prope fin. de offic. Iud. ord. Mathesilan. singular. 89.

Etiam in causis Clericor. pro habendo Iud. appellationis servatur hoc Stat.tum licet in reliquis servetur ius com. vid. Rosch. cons. 45. ex n° 1

Si causa committeretur per Magnum, non obstante, quod appellatio fuerit interposita extra tempus, Iudices appellationis sint ipsi Iudices in cognoscendo, utrum d.a ~~[illegible]~~ commissio procedat nec ne, seu utrum appellatio fuerit bene vel male interposita, Capyc. Latr. decis. 163. in fin.

Iudices appellationem electi non recepti, licet confidentes possunt allegari suspecti vid. infra legem anni 1595 post cap. Ne quis in causa propria &c. in fin.

Quibuscumque causis causa nondum dicitur donec agitantur praeparatoria ideo in his locum non habet hoc Statutum Leo de praeparat. p. 3. cap. 34. n° 1. et seqq.

§. et salvis
Exemplum
Anno 1713. Magnus Consilium [illegible] in causa movenda per Mm. Dr. Alexandrum ceterosque fratres Salutios contra bona hereditatem, et heredes D. M. Aug. Spinae et Mm. Evan. et Constan. Fratres Balbi, non obstante quod a d. q. M. Spina instituta fuisset heres Camera Ex.ma prout videre est in causa praemota anno 1714. die 4. May in actis Io: Franc. Recagni coram M. Rota

Cives et Cives Genue, Civium Genuensium appell.^ne qui proprie veniant. Vid. Roland. a Vall. de lucro dot. q.^e 22. n.º 23.

An veniat mulier nupta cum extero. Vid. pro negativa ~~Card.~~ Sciaboja de foro competen. cap. 3. n.º 13. De Marin. Resolut. 21. lib. 5.

Tres potestates que sint. Vid. infra de ordine servando inter Iudices in fin:

Exemplum

Anno 1710. 13. Maij disputabatur inter M. Hieronimum Derettum ex una et Dorotheam Anzertam de loco Recchi ex altera parte, utrum Magnus Terrestris posset sibi assumere cognitionem elevationis candele in d.^o loco contra d.^um M. Derettum proposite, asserebat enim d.^us M. Derettus, quod in causa elevationis candele ipse erat Reus, et ideo fieri debebat recursus ad Magnum Exterorum. His non obstantibus previa pronunciatione super competentia Iurisd.^nis fuit assumpta ab hoc Mag.^to d.^a causa patrocinante pro d.^a Dorothea M. Io: Peratio et Petro Aug.^no Solario, prestantibus q.^ia in d.^a causa M. Derettus habuerat recursum ad Magnum Terrestre pro obtinenda deputatione in personam legitimam pro d.^a Dorothea, asserente se ipsi actorem cognoverat et ipsum articulum definiverat, utrum elevans candelam sit actor, vel Reus.

Iurisdictionem pro cognoscenda iurisd.^e inspiciens an quis sit actor vel Reus in causa principali non super incidenti. Palm. Ness. allegat. 136. n.º 33. Ideo pro deputationibus, prorogationibus, ac aliis recursibus debet ad illum Magistratum qui est Iudex competens super negotio principali, non enim suis incidenti mutatur persona actoris vel Rei, sed semper idem est actor, et idem Reus, qui fuit ab origine cause. Vid. Bald. cons. 173. lib. 2; alias sequeretur absurdum, quod Magnus Terrest. et E. T. concederet, Exterorum vero denegaret eamdem provisionem.

Decisio

Pretor non potuit concedere Debitori Decretum ne molestetur a creditoribus ita decisum per Ser.^mos anno 1657. in actis Iacobi Ganari 14. Martij in causa M. Gregorij Grimaldi contra M. Stephanum De Salvis.

Si in actu voluntarie emergerit aliqua cause cognitio et probatio quamvis ratione probationis et cognitionis dici possit res contentiosa, attamen ipsi decreti interpositione et sententie non mutat, sed retinet naturam voluntarie Iurisdictionis. Bald. in l. 1. ff. de offic. consul. n.º 13.

Actus voluntarie iurisdictionis cum non sit contentiosus potest a quocumque Iudice prestari. Anton. de Canar. de Insinuat. n.º 26. inter tract. Magn. tom. 6. par. 2. in tract. insinuationis. Bald. in l. fin. n. 15. de Edict. D. Adrian. tollend. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. n.º 230. versic. ego quinque etc. n.º 455. et alij relati in vot. MM. Andree Cancij et Federici Riccij in causa inter M. Io: Augustinum Centurionum et M. Barbaram Cattaneam Grimaldam.

iuridicis, & etiam ſuſpenſis, excluſis ferijs ad honorem Dei. teneatur tamen qualibet hebdomada ſedere ad eius tribunal tribus diebus a prandio.

Iuriſdictio, & auctoritas dicti magiſtratus ſit, & ſe extendat duntaxat inter ciues, & ciues Genuæ, inter homines trium poteſtatiarum, & alicuius ex eis, & inter ciues, & homines dictarum poteſtatiarum, & in cauſis, ſeu negotijs, in quibus vel ciuis, vel aliquis de dictis poteſtatijs eſſet reus.

De Magiſtratu Terræfirmæ. Cap. V.

HAbeat dictus Magiſtratus inter perſonas ripariarum, & dominij Terręfirmæ, & inter ipſas, & ciues, ac alios vbi dictæ perſonæ ripariarum, ſeu dominij Terręfirmæ ſunt rei, omnem illam iuriſdictionem, & auctoritatem, quam in pręcedenti capite dictum fuit magiſtratum extraordinariorum habere inter perſonas, de quibus in eo.

Declarato quòd cauſæ hominum Montobij, & Roccataliatæ ſint excluſæ a iuriſdictione dicti magiſtratus, poſtquàm pertinent ad cognitionem Procuratorum Reipublicæ.

Sit iudex appellationum Variſij, Godani, Sancti Romuli, & aliorum locorum ripariarum, & dominij Terræfirmæ, quæ deuoluuntur ad Senatum, excluſis tamen appellationibus a ſententijs feudatariorum Reipublicæ. Circa contractum [illegible]

Deliberationes fiant tot votis reſpectiuè, quot vt ſupra dictum fuit in capite de Magiſtratu Extraordinariorum; & ſupplicationes ſubiaceant eiſdem ordinibus; in omnibus, pro vt in eo dictum fuit, quod hic pro repetito habeatur.

V. Iorv. Var. tom. 3. [illegible] *De iuriſdictione Prætoris Genuæ.* Cap. VI.

PRætor Ciuitatis Genuæ in cauſis ciuilibus, & in dependentibus ab eis, maxime pro euitandis ſcandalis habeat eam auctoritatem, & iuriſdictionem, quæ ipſi per ſtatuta ſpecialiter eſt conceſſa.

Poſſit ſimiliter cognoſcere, terminare, & exequi quaſcumque differentias, & controuerſias non excedentes ſummam librarum decem, abſq; petitione, ſine proceſſu, ſine ſcriptis, & nullo iuris, aut ſtatutorum ordine ſeruato, a quibus non poſſit appellari, reclamari, neque recurſum haberi quouiſmodo.

Poſſit vlterius interponere auctoritatem in omnibus, & ſingulis actibus voluntariæ iuriſdictionis.

Habeat ordinariam iuriſdictionem in illis cauſis, ſeu caſibus, in quibus per ſtatuta non eſt conceſſa auctoritas, ſeu iuriſdictio alicui alteri magiſtratui.

De

De Rota Ciuili, & eius iurisdictione. Cap. VII.

MAgistratus Rotæ Ciuilis ad causas ordinarias deputatus constans ex tribus doctoribus exteris, & itidem alius Magistratus Rotæ Ciuilis deputatus ad causas executiuas, & breuiores, ex totidem doctoribus exteris constans, sint respectiue iudices omnium, & singularũ causarum excedentium valorem librarum centum, & quæ sint exclusæ a iurisdictione Consulum rationis; reseruatis semper illis, quæ per statuta specialiter alteri magistratui demandata sunt.

Prior Rotæ causarum ordinariarum solus habeat iurisdictionem constituendi tutores, & curatores, seruata forma statutorum; & ipse, ac quilibet auditorum dictæ Rotæ causarum ordinariarum habeat iurisdictionem interponendi auctoritatem in actibus voluntariæ iurisdictionis, salua in his auctoritate Prætoris.

Prior verò Rotæ causarum executiuarum tempore præsentationis processus sit iudex appellationum, & seu ad eum deuoluantur omnes, & singulæ appellationes in causis ciuilibus, quæ alias ad Prætorem Genuæ, siue ad eius vicarios deuoluebantur.

Et remaneat iudex, etiam si antè latam sententiam finiret eius officium prioratus. Et quatenus ab eius sententia appellaretur, in casibus per statuta concessis, appellatio deuoluatur ad vnum ex iudicibus Collegij Doctorum Genuæ, receptis confidentibus a partibus, & dicta commissio, seu electio iudicis fiat per dictum priorem.

Prior dictæ Rotæ executiuę, & quilibet auditorum eiusdẽ Rotæ possit concedere licentias de suspecto iuxta formam statutorum. super cognitione vero, an detentus possideat, vel non possideat, & an licentia ex dicto capite sit bene concessa, necne, quousque dicta cognitio tractetur remanente detento in manibus Caualerij, sit iudex ille, qui dictam licentiam concessit. In reliquis verò omnibus cognitio spectet ad dictam Rotam executiuam, salua in reliquis dispositione statuti de debitore suspecto detinendo.

Vnus ex auditoribus in vtraque Rota sit prior singulo trimestri, incipiendo a seniori, & procedendo ordine successiuo; cui priori per notarium cuiuslibet causæ debeat dari ad instantiam cuiusuis ex partibus notitia de causa incepta, seu de petitione deposita, & citatione secuta. Qui prior teneatur eam cum nomine partium, & notarij scribere in libercula per eum retinendo; & exinde etiam causas ipsas inter se, & reliquos duos auditores suæ Rotæ repartire, vt primo proposita intelligatur ipsi seniori assignata, secunda successori sibi in ætate, & tertia reliquo; & sic iterum inchoando, & continuando de omnibus causis.

Declarato quòd causæ propositæ tempore vnius Rotæ adhuc pendentes succedente alia Rota, debeant sorte distribui inter ipsos tres auditores; & pariter, si quæ causæ essent eodem tempore propositæ, inter quas esset dubium de prioritate, distribuantur ad sortem, de quibus distributionibus, prior ad instantiam cuiuslibet partis, seu ad requisitionem

Reservatis §. ff hanc clausulam induit exceptio, et limitatio. Barbos. de clausul. 139. n.° 12, et 149 n.° 4.
Specialiter §. idest expresse glos. in l. 1. §. specialiter, ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.

Exemplum,
* Hic Iudex tertiæ instantiæ est Iudex ~~[illegible]~~ ordinarius, non delegatus, sic Ill.mo Mag.to Serenissimæ in causa advocationis propositæ p. Nicolaum Garibaldo de Clavaro contra ...

Omnes tres auditores d.[i] si unus dicat, sibi non liquere, sententia aliorum est nulla. v. Armanias decis. 38. per tot. Ramus cons. 31. n.° 10. et segq. centur. 1. Rot. decis. 390. n.° 6. p.° 15. dec. et n.° 12.

Si auditores recedant animo statim redeundi, sessio finita non dicitur, nec citatione evanuita. v. Altograd. cons. 86. n.° 15. et segq. lib. 2.

Utrum possint pronunciare sententias de nocte v. Altograd. d.° cons. 86. n.° 1. et segq.

ſitionem notarij faciat notitiam ipſi notario, qui de ea teneatur notulam facere in actis cauſæ.

Ille, cui ſicut ſupra diſtributa fuerit cauſa, erit Commiſſarius ad formandum proceſſum, & iudex ſuper omnibus in dicto proceſſu formando: ab eius tamen ordinationibus poterit peti melioratio ad totam Rotam; quæ ſiue duo ex auditoribus intra dies octo immediatè à commiſſarii pronunciatione ſecuturos, poterunt eam reformare, variare, & reuocare, ac ei addere, & minuere, vt ipſis iuſtum videbitur.

Formato proceſſu idem Commiſſarius partes audiat ſuper cauſa;& poſtquam de eius ſtatu fuerit informatus, eam cæteris duobus auditoribus referat, & cum eis illam conferat; vt omnibus plenè diſcuſsis, viſoq; per alios duos proceſſu, deueniri poſsit per Rotam ad expeditionem cauſæ; ita tamen, vt omiſsio relationis non vitiet proceſſum, neque ſententiam.

Teneatur quilibet auditorum ſingulis diebus iuridicis ius reddere in eorum reſpectiuè Cameris audientiæ, in mane ſaltem per horas duas continuas pro formandis proceſsibus. Et omnes tres teneantur in veſperis tribus diebus cuiuslibet hebdomadis, hoc eſt, diebus lunæ, Mercurii, & Veneris ante ſeſsionem conuenire inſimul, & per duas horas audire aduocatos, procuratores, & partes pro inſtructione cauſarum, quæ erunt in termino expeditionis; in aliis verò tribus diebus teneantur conuenire inſimul pro diſcutiendis inter ipſos cauſis.

Sed teneantur vtraque Rota ſingulis diebus iuridicis ſedere poſt prandium ſaltem per horam vnam ad eius ſolitum tribunal pro iure reddendo.

Et ſaluis ſupraſcriptis in iure reddendo, & proferendis ſententiis diffinitiuis, vel habentibus vim diffinitiuam, interuenire debeant omnes tres auditores, & ſaltem duo concurrere; & quicquid fuerit ordinatum, iudicatum, vel executum a duobus concordibus, valeat, ac ſi ab omnibus tribus factum eſſet.

A ſententijs vtriuſque Rotæ appellari poſsit, pro vt in ſtatuto de appellationibus.

Procedant auditores Rotę, & cauſas terminent reſpectiuè, ſeruata in omnibus forma ſtatutorum.

Auditores Rotę cauſarum ordinariarum teneantur intrà dies viginti, poſt latam ſententiam dare in Cancellaria Reipublicę deciſiones in ſcriptis, ſeu rationes, & cauſas, quibus moti fuerint ad ſic iudicandũ, allegando iura, & deciſiones non per relationem ad acta, ſeu proceſſum; & hoc, ſiue fuerint concordes, ſiue diſcordes, neque omiſsio motiuorum, neque expreſsio erronea, neque iniuſta noceat; adeò quòd propterea non poſsit dici, neque de exceſſu, neque de nullitate, nec aliquid opponi, ſaluo ſemper ſyndicatu, quas quidem deciſiones non teneantur dare in cauſis minoris ſummę librarum ducentarum.

De officio Ruptorum. *Cap. VIII.*

MAgistratus Ruptorum sit iudex omnium, & singularum causarum ruptorum, seu rumpentium, tàm in Dominio, quàm extra occasione rupturę, & dependentium ab ea; & inter ruptos, & creditores, ac debitores, & inter creditores, & creditores, & inter debitores, & debitores, & inter creditores, & debitores, & in omnibus dependentibus annexis, & connexis, compræhensis vxoribus, participibus rationum, seu societatum, & alijs quibuscumque etiam hypothecarijs, & priuilegiatis; & etiam super omnibus, secuto accordio, & occasione eiusdem, vsque ad illud completum inclusiuè.

Declarato, quòd non obstantibus prædictis, creditor pro executione, & obseruatione accordij, possit etiam adire magistratum ordinarium, si voluerit.

Et similiter declarato, quòd causæ ruptorum in Dominio inter homines Dominij, possint per dictum magistratum delegari in partibus, sub illis modis, & formis, & in omnibus, pro vt dicto magistratui videbitur, citra derogationem auctoritatis magistratus Terræfirmæ.

Possit procedere, iudicare, & exequi summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta; Et nullus alius magistratus possit in prædictis se intromittere, nisi quòd circa declarationem decoctorum, seu ruptorum possint Senatus, & Conseruatores legum pro munere eis respectiuè demandato se intromittere, seruata semper forma eis præscripta.

Dictus magistratus possit etiam interuenientibus creditoribus, & propinquis creditorum (sed amotis duntaxat propinquis rupti ad instantiā cuiusuis ex creditoribus maioris summæ librarum mille, etiam ante declarationem rupturæ, sed seruata forma statuti, De debitore suspecto, inquirere personam, scripturas, & bona rupti in quouis loco, etiā domi propriæ, cuiuscumque personæ, & facere pro prædictis illas diligentias, quæ ipsi Magistratui occurrerint.

De Consulibus rationis, & eorum iurisdictione. *Cap. VIIII.*

OMnes, & singulæ causæ, quæstiones, & differentiæ de libris centum, vel ab inde infra, cognoscantur, terminentur, & definiantur per Consules rationis, exclusis causis seruitutum rusticorum, siue vrbanorum prædiorum, securitatum, & naulorum, cambiorum, & locorū Sancti Georgij, & aliarum comperarum, & alijs, si quæ per statuta specialiter sunt assignatæ aliquibus alijs magistratibus.

Si verò dicta summa penderet à maiori adhuc debita, etiam quòd plures essent debitores vnius summæ, quorum singulorum pars non excederet dictam summam, vel plures essent creditores vnius quantitatis, & portio cuiuslibet creditoris non excederet dictam summam, non sint de iurisdictione dictorum consulum: & plura debita distincta, etiā

si de

Pro fundanda iurisd.e utrum fiat coacervatio summarum v. Destaij allegat. 173. n.o 10. et seqq. lib. 1; Camurcula decis. 43. n.o 1. et seqq; Rot. Lucen. divers. decis. 5. per tot. et decis. 79.

Si petita fuerit res valoris 100, et lite pendente creverit valor, poterunt d.i Iudices procedere, q.a aestimationis incrementi Iurisdictionem non excludit. Borell. cons. 44. de Iurisd.e n.o 113.

Per hoc Statutum non potest peti interesse coram Consulibus et sors coram Rota, p.mum q.a interesse sine sorte peti non potest ex Rot. Gen. decis. 63. n.o 3. sed etiam ne continentia causae dividatur. vid. Rendin. promptuar. de debit. et credit. n.o 15. Menoch. de arbitrar. cas. 231. n.o 14. neque fieri potest debiti seu petitionis divisio, Bald. in l. si idem cum eodem 11. §. 1. ff. Iurisd.e omn. Iudic. Pignat. ad Stat. Ferrar. tom. 1. rubr. 15. n.o 33.

DD.res etiam, et alij, qui habent suos Iudices privative comprehenduntur sub hoc Statuto Cevoll. cons. 44. n.o 16.

Iuncta insimul. Sedita annua dicuntur tot debita, quot sunt annualitates. Sanimon. decis. 159. annot. n. n.° 67.

Et non servatis. Haec clausula tollit necessitatem repetendi Testes. Marta claus. 22. p.° 1.

Ab inpvorum sententiis pi. p.ma Sententia non est appellabilis cog.ta omnes tres intervenerint, utrum sit appellabilis. Multis declarato, pulsa [illegible] relevans [illegible] reportatum, in qua soli duo intervenerant, vel fuerunt concordes. V. distinguentem Scacc. de sentent. glos. 15 q.a 13. n.° 31. fact Caseth. cons. 193. n.° 5.

Binorum sententiis. pro admittenda appellatione utrum sat coacervatio summarii. V. Scacc. de appellat. q.° 13. limit. 6. memb. 4. n.° 13 et n.° 25. cum seqq., et limitat. 83. n.° 3. cum seqq., et in tractat. de sentent. glos. 15 q.a 13. n.° 8. q. et seq. n.° 29. Rigant. ad Statut. Ferrar. tom. 1. rubr. 15. n.° 36. et seqq. Caravit. ad rit. Magn. Cur. rit. 257. n.° 70. Alex. in l. si idem n.° 6. et Baid. in eam. § si una sue n.° 2. vers. 3.° quaeris, Bartol. et Imol. in l. sicuti separatim § si quis cum una ff. appellat. Salgad. de reg. protect. p.a 2. cap. 3. n.° 69. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 96. n.° 8. V. Testay allegat. 103. n.° 10. et seqq. [illegible] ubi cognitur profundanda Decis.e

Si delegatio sit facta sub nomine dignitatis non expirat expirante dignit.e Menocch. cons. 390. Idem de arbitr. lib. 1. [illegible] 68 et quando dicatur facta dignitati vel personae. Navar. decis. 83. Rot. decis. 11. in novis. de rescript. Everard. n.° 21. aliud a nomine dignit. n.° 1. in fin. et n.° 2. [illegible], Marco. in [illegible].
Si ex pluribus delegatis unus moriatur ante litem contestatam, et re integra expirat officium omnium. Maran. p.e 8. n.° 35., Menocch. cons. 380. n.° 1. lib. 8. [illegible]

Item si se excusaret. V. Dec. in cap. Causam quaedam de offic. deleg.

Exemplum

1652. in causa ... fuit relatum ... Ill.mis Dep.nis ex voto Ill. Bar.ci de Duri et Nicolai Carocij, [illegible] latum q. duos de [illegible] Iudice dicente sibi de causa non liquere vel non esse promptum nullam esse.

Exemplum
Altero ex Delegatis moriente fit nova delegatio, ita fuit practicatum p. Mag.trat. Extraord. anno 1634. 12 Augusti in Commission. facta coram Iudicis p. Mariettam Blaxinam contra fideicommissarios q.m Blaxini citato [illegible] Nicolao Filio q.m Iacobi

An qui habet mandatum ad agendum possit impetrare delegationem. Abb. in cap. fin. n.° 2. de except.

Quod etiam expiret si quis prohibeat vid. l. cum Praetor ff. Iudic. Carre. [illegible] [illegible].

In p.ma Citatione debet inseri copia rescripti, alias est nulla. V. Campan. Resolut. 111. n.° 1. et seqq. usque n.° 5. ampliat etiam in Iud.o ordinario ~~ampliat etiamin~~ qui a Iudice delegatur in aliqua causa, et Officium ibi additum, V. distinguentem Rot. decis. 164. n.° 21. et seqq. p.a 9. tom. 1. Recen.

ſi de eis conſtaret per vnicum inſtrumentum, quæ ſint infra dictā ſummam, licet iuncta inſimul eam excederent, ſint de iuriſdictione dictorum Conſulum, excluſis antefactis conſtitutis in inſtrumento dotali; quæ licet ſint minoris ſummæ, peti poſſint vnà cum dictis dotibus, coràm magiſtratu competenti pro dotibus.

Poſſint in cauſis procedere, eaſque audire, cognoſcere, & terminare, iuris ordine ſeruato, & non ſeruato, omiſſis ſolennitatibus, & ſeruatis ſtatutis, vel non ſeruatis, vt eis melius videbitur, saluò quòd in definiendo teneantur obſeruare ſtatuta, & conſtitutiones Reipublicæ in publicam formam coràm ipſis exhibitas.

Poſſint ſaluis prædictis dicti conſules ius dicere etiam in diebus feriatis, & non obſtantibus aliquibus ſuſpenſionibus aduocatorum, procuratorum, & aliorum quorumuis, etiam pro rebus publicis factarum; excluſis duntaxat ferijs ad honorem Dei, & excluſis ſuſpenſionibus, in quibus expreſsè cōprehenſæ fuiſſent cauſæ coràm dictis conſulibus.

Nullus iuriſperitus poſſit conſulere, comparere, vel facere ſcripturas coràm dictis conſulibus, niſi haberet litem propriam, quo caſu aduerſarius poſſit iuriſperitum habere, ſi voluerit.

Non poſſint Conſules capere conſilium alicuius iuriſperiti, nec aſſumere aſſeſſores, niſi ad inſtantiā alicuius partium in cauſis difficilioribus, & concurrentibus omnibus cōſulibus cū iuramento, ꝙ indigent aſſeſſore.

Teneantur Cōſules rationis ſedere ad eorum ſolitum tribunal tribus diebus cuiuslibet hebdomadis ad ius reddendum.

Ab ipſorum ſententijs non excedentibus libras quinquaginta, in quibus omnes conſules fuerint concordes, non poſſit appellari; Et à ſententijs non excedentibus libras viginti quinque, etiam ſi duo tantùm in eis concurrent, non poſſit appellari: ab alijs verò appellari poſſit iuxta diſpoſitionem ſtatuti de appellationibus.

De Delegatis. Cap. X.

NEc per Senatum, nec per aliquem magiſtratum eligatur aliquis delegatus, qui attineat alicui partium, vel habentium intereſſe in cauſa, vſque in tertiū gradum agnationis, cognationis, vel affinitatis incluſiuè, ſecundùm diſpoſitionem ſtatuti, Ne quis in cauſa propinqui ſit iudex; nec eligatur, aliquis, qui ſit tutor, curator, procurator, negotiorum geſtor, vel actor alicuius partium, ſeu habentium intereſſe in cauſa.

Qui habuerit tres delegationes verè, & non fictè pendentes tēpore quartæ delegationis ſibi factæ, de quo ſtetur iuramento ſuo, poſſit ſe excuſare ſi voluerit à quarta, & vlteriori delegatione.

Electus poſſit per delegantem, ſiue propter abſentiam, ſiue propter infirmitatem, ſiue propter aliud legitimum impedimentum arbitrio ipſius delegantis excuſari, & amoueri, ab electione, ſeu delegatione.

Electi cogantur per delegantem acceptare delegationes, & cōmiſſiones per præcepta pœnalia, mulctas, & pignorum captiones, ſalua ſemper

auctoritate Senatus, supremorum, & minorum syndicatorum.

Allegatio, & iuratio suspecti de personis delegatorum fiat saltem intra dies quattuor a die primi præcepti dati de mandato delegatorum, quo casu remoueri debeant pro vna, vel duabus vicibus ad summum, etiã ex causa leui. Allegationes verò, & iurationes suspecti post dictum tempus, seu post dictas vices non attendantur.

Si ex aliqua noua causa superuenienti delegatus allegaretur, seu iuraretur suspectus, delegans possit de ea cognoscere; attamen non retardetur processus, nec delegati intelligantur interim impediti; & nihilominus si allegans, seu iurans non obtinuerit remotionem a delegante intrà dies quindecim, iuramentum, & allegatio sit nulla, & causę habeantur pro efficacibus.

In delegationibus non intelligantur comprehensa decisa, neque etiam intelligantur comprehensæ lites pendentes, nisi de eis expresè dicatur, & lites pendentes nominatim comprehendantur: Decisa verò quo ad dispositionem præsentis capituli intelligantur, quæ per sententiam iudicis, vel laudum arbitri, seu arbitratoris transiuerint in iudicatum.

Delegati possint cognoscere, procedere, terminare, & finire causas, & controuersias in eorum commissione, seu delegatione compræhensas summarie, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, nisi aliter circa eorum auctoritatem fuisset expresè prouisum, seu ordinatum in delegatione; & ipsimet sint executores eorũ, quæ iudicauerint, etiam si in commissione, seu delegatione nihil de exequendi auctoritate dictum fuisset.

Auctoritas, & bailia dictorum delegatorum (si tempus non fuerit expresè declaratum in delegatione) intelligatur durare, & duret per annum vnum, a die delegationis. Et bailia exequendi duret per menses sex à die latæ sententiæ, & transitus in rem iudicatam.

Tempora prædicta non possint prorogari, nisi respectu anni per menses sex, & respectu mensium sex ad exequendum per menses tres in vna, seu pluribus vicibus, per Senatum, siue per magistratum delegantem; & vltra dictum tempus non possint fieri prorogationes, neque suspensiones, nisi ex aliqua maxima, & vrgenti causa per Senatum vndecim votis, siue per magistratum extraordinariorum, aut officium Terræfirmæ delegantem respectiuè sex votis concurrentibus; & aliter, vel vltra impetratæ, intelligantur subreptitiæ, & sint nullæ, absque vlla declaratione.

Instantiæ causarum coram delegatis durent, quantum durat eorum auctoritas; & ea extincta, intelligantur etiam extinctæ.

Suspensiones ordinatæ in tempore æstiuo, seu caloris, non seruiant corã delegatis; & suspensiones generales, & additiones non seruiant etiam, nisi expresè comprehendantur delegati. Et suspensiones aduocatorum, & causidicorum nullo modo seruiant, saluo si essent factæ in tempore assignato per delegatos ad probandum, vel ex causa publica, & expressam mentionem continerent de delegationibus.

Transacto

Allegatio § Tertius potest allegare Iudicem suspectum, licet non possit opponere de Iudicis incompetentia Scacc. de senten. gloss. 14. n.° 47

Allegatio § Delegatus ad universitatem causarum habetur ad instar Ordinarii. Amat. Var. resolut. lib. 2. resolut. 65. n.° 37., et ideo non potest iurari suspectus. Menoch. de arbitrar. q.° 97. n.° 50.

Contrarium Tusc. litt.a D. conclus. 150. n.° 7., Bellon. de mandat. Iurisd.e cap. 13. q.° 7. n.° 55, et 36. Mastheau. in rubr. ff. de offic. n.° 362.

An, si Delegaverit Magistratus, possit allegari suspectus. affirm.e decisum anno 1659. per Ser.um Senatum in delegat. ab ipso facta in Magnificum extraordinarium in causa inter M. Laurum Spinulam q.° Andree et Ill. Iacobum Philippum Salvagni 565. nam et recusatus d.s Magnif. in eius loco subrogati sunt duo MM. Cives. Item anno 1667. idem. Ex.mus Senatus decrevit de consilio M. Io: Baptae Grille in delegatione facta Magnifici Camsiorum inter ipsum, et Fideicommissarios q.m M. Stephani Spinule. V. Cepic. Latro decis. 138. n.° 6, Alcides observat. 203. n.° 16, Ramon. cons. 3. n.° 57.

Exemplum

1659. fol. 1. actorum reperitur decisum per DD. sub Syndicatores posse Iudicem absque solemnitatibus allegare et iurare Iudicem suspectum quia licet non erat citatus. Iudicialis ex voto M. Petri Franc.i Serre in causa Angele Rubee in foliat. 1659. n.°

Exemplum.

1644. 3. Iunii fuit decisum ex voto M. Io: Baptae Nagii in causa excessus vertente inter M. M. Stephanum Pasqua et Io: Baptam eius filium et M. Io: Stephanum Senaregam et socios tertium vocatum ad Iudicium et inclusum etiam in statu, et terminis in quibus causa reperitur posse iurare Iudicem Delegatum suspectum qui si ad ulteriora procederet excessum committeret.

Nova causa Ubit. Mastrill. decis. 151. n. 67. ubi quod si nova intelligitur de causa de novo originata, non de novo detecta presertim iuncte iis supervenienti et magis luculentis contrariis castill. decis. 5. n.° 13. et seqq. usque ad fin. commendat.

Iudex animi sui voluntatem propriam potest revocare, et suspectus. Ricc. collect. 1346. et 1611.

Lites pendentes § pendere non dicitur si fuit cepta coram Iud.e incompetenti. ex Stercul. an. de attentat. cap. 6. n.° 17. Vant. de nullit. quorum ex intra quod n.° 7. 18. et 176. ubi quod non est necesse facere mentionem de huiusmodi lite →

Lites pendentes § Non dicitur lis pendere, quando fuit per sententiam decisa licet pendeat appellatio. Cephal. cons. 561. n.° 15. 16. et 17; quod tamen bene adverte in terminis presentis Statuti quod distinguit lites pendentes a decisis.

Nominatim § an sufficiat per relationem. Armenan. decis. 37.

Exemplum

1644. fuit decisum per M.m Iohannem Iacobum Nasi in causa vertente inter ... Iudicem Delegatum non posse cognoscere de suspicione et suspectus, sed de ea cognoscere debere Delegantem de consilio MM. Casanove, et Stephani Senareghe. ut expresse probatur ex textu in §. Si ex aliqua nova.

Sola facti veritate inspecta valens Iudex iudicare, potest pronunciare super probatis, licet non petitis Andreol. controv. 121. n.° 11. Caccieran. cons. 13. n.° 20.

Potest etiam credere Testibus receptis sine citatione Partis Cirriac. lib. 1. cap. 20. n.° 9.

Potest reiicere exceptiones dilatorias ordine iudiciorum. Posthi. decis. 2. n.° 11.

De effectibus huius clausule late disserit Calo de modo articulan. glos. 5. n.° 5. et seqq. Cephal. cons. 49. n.° 14. Rizol. allegat. 16. n.° 17. apud quod an possit immitti citatio.

Aetas Non a die subrogationis § et ideo ut Iudex delegatus scire possit quantum duret ipsius auctoritas et quando inceperit iurisdictio, debet in primis spectari Rescriptum delegationis, neque sufficit illud subrogationis Rot. decis. 265. n.° 15. p.e 9. tom. 1.

Iudex ordinarius an et quando exequatur sententiam delegati. V. Ansald. de commerc. disc. 38. n.° 126. et seqq.

Instantie § instantiam peremptam pronunciat Iudex Delegatus. V. infra notata in Stat.o de tempor. et instan. §. elapsis temporibus.

Propositae quando intelligantur propositae. Vid. stat. de interdictis §. et ille ad cuius instantiam

Ad sententiis An saltem D.I pro suo interesse possit appellari. V. Alex. cons. 96. n.7. lib. 3. Jason in l. 1. n.º 4. ff. si quis in ius vocatus non ier. Bart. in l. vnic. §. interdum n.º 6. ff. quibus appellari non licet. Item Alex. cons. 43. n.º 11. lib. 3; Menoch. de arbitrar. q.e 9. n.º 14. Ruin. cons. 109. n.º 19. vol. 1.

Decisio

2.º fuit decisum a Ser.mo Senatu ex voto M. Annibalis de Cella, et 2.º loco ex voto M. Iosephi Ricci hoc Statutum nomine decisionis non comprehendere, nec ligare subditos viventes sub particulari statuto, ut sunt Albinganenses, et fuit in ea causa electus Iudex appellationis coram quo instantia fuit regulata ad formam delegat. cum fuit nova delegatio.

Item sic decisum ab eodem Ser.mo Senatu anno 1509 de mense Iulii vel Augusti et appellans erat quidam Paganinus

2.º An hoc Statutum liget forensem Genuae litigantem. Vid. in terminis Roland. cons. 53. n.º 13. lib. 2. et quod fuit decisum anno 1509. de mense Iulii seu Augusti a Ser.mo Senatu, qui appellationem admisit a sententia facta per Delegatum licet non Iurisconsultum, quia habebatur inter forenses

A sententiis hoc Statutum non tollit recursum supplicationis, nec querelae, cum enim cesset remedium ordinarium, admittitur extraordinarium. V. Roland. cons. 38. a n.º 3. lib. 2.

Utrum hoc Statutum sit de ordinatoriis vel de decisoriis, adeo ut liget vel non liget forensem. V. Buratt. decis. 50. et decisionem typis impressam anno 1505. inter M. M. Bosch. et Bagalo heredem q. M. Bartholomei De Rusticis. Hondede. cons. 29. n.º 22. lib. 2. qui omnes affirmant esse de decisoriis. Sed V. Bolth. decis. Bonon. 38. n.º 11. cum seqq. Concio. ad Statut. Lucub. lib. 3. rubr. 1. n.º 19.

Non possunt neque agi contra Delegatum in Syndicatu ex defectu legitimationis personarum et ex excessu modi et termini iudicatorum, sed solum agi potest de excessu. V. Sot. M. De Marinis inter divers. M. Io. Peratii vol. 3. fol. 313.

Transacto tempore delegationis, causę, & lites, seu actiones, quæ durante tempore, non fuerint coràm delegatis propositæ, intelligantur, & sint remissæ ad iudicem ordinarium, absque aliqua transmissione, etiã si delegatio esset generalis.

A sententijs delegatorum non possit appellari, neque reclamari, sed, vt latæ sunt, exequi debeant, nisi delegati, seu aliquis ex ipsis esset iurisperitus, & seu iudicassent de consilio iurisperiti: quo casu seruetur dispositio statuti de Appellationibus.

In casu discordiæ, de qua stetur declarationi ipsorum delegatorum, & cuiuslibet eorum, detur tertius per delegantem; & eo casu processus, & sententiæ duorum concordium valeant.

Non possint delegati molestari aliquo modo ratione iudicatorum, seu executorum per eos; sed fruantur priuilegijs concessis per statutum arbitris, & arbitratoribus.

Delegati de Collegio doctorum possint accipere, & habere salarium iuxta taxationem statuti. Delegati verò non doctores, non possint salarium aliquod accipere, nec habere.

MDXCIIII. Die XXVIII. Februarij.

Serenissimus D. Dux, & Excellentiss. Domini Gubernatores, ac Illustriss. Procuratores Serenissimæ Reipublicæ Genuensis; habita consideratione super negotio de quo infra, illoq; discusso ad calculos, mandauerunt proponi centumuirali consilio.

Signori si vede nelli Statuti nouamente riformati nel capitolo, De delegatis *vn §. che dice, che le sospensioni, che saran fatte per il tempo dell'Estate, e caldi non seruino dinanti à delegati; all'incontro nel Statuto* De curia tenenda, & diebus feriatis, *doue si distinguono i giorni ne quali non è lecito à render ragione, quei giorni, che per le messe, e vendemie impediscono, che non si tenghino le corti è renda ragione, non sono chiamati per questo nome di sospensioni per li caldi, ò per l'Està, mà giorni di messe, e vendemie: è posto per ciò in difficoltà se la sospensione di che parla il detto Statuto*, De delegatis *sia quella, che nel detto Statuto* De curia tenenda, *si dice* dies messium, & vindemiarum, *è nascono, e sono per nascere liti; in caso che li Delegati facessero atti pretendono, che non li posino fare, e non facendoli all'incontro si pretende che il tempo resti corso della instanza; Perciò per leuare queste difficoltà habbiamo deliberato col numero competente de voti di proporre alle Signorie Vostre, come si fà, che voglino dichia-*

rare detti giorni chiamati di messe, e vendemie dallo Statuto De curia tenenda *sieno gl'istessi, che nel Statuto* De delegatis *sono chiamati sospensioni per l'Està, e caldi, e che per conseguenza li Delegati in dette sospensioni possino procedere, e sententiare. Se dunque le Signorie vostre saranno dell'istesso parere saranno contente dimostrarlo con loro voti fauoreuoli:*

MDXCIIII. Die III. Martij.

Conuocato, & congregato in aula magna palatij Ducalis coram ambobus Serenissimis Collegijs centumuirali consilio in numero centum quinque, ipsis duobus Serenissimis Collegijs comprehensis; lecta iussu præfatorum Illustrissimorum Collegiorum propositione de qua supra, auditisq; sententijs nonnullorum ciuium vocatorum ad suam dicendam sententiam; qui omnes laudauerunt eam; collectis itaque calculis, declaratum, & Statutum fuit in omnibus vt in dicta propositione legitur, & continetur calculis centum quattuor affirmatiuis, & reliquo vno repugnante.

In Cancell. Botti.

De calcuratoribus, & eorum officio. Cap. XI.

QVotiescumq; Patronus, Magister, seu Præfectus nauigij, aut alius, ad quem de iure spectet, petierit fieri calculum de iactu, seu auaria contra mercatores, seu dominos bonorum in naui oneratorum, seu contra assecurtores, Magistratus calculatorũ intelligat partes, examinari faciat testes, & quicquid determinauerit, seu in calculo posuerit debeat comprobari per magistratus, ad quos spectat, & secundum illud procedi, saluis prætensionibus, & actionibus, tàm dominis rerum, quàm assecuratoribus contra quosuis.

Possint dicti calculatores mandare quæ voluerint patrono, magistro, seu præfecto nauigij prætendenti fieri calculum, tàm circa exonerationem mercium, seu bonorum, quàm circa acceptandum custodes in naui vsque ad perfectam exonerationem, sub pœna scutorum centum pro qualibet vice, & interesse iactus, seu auariç secutæ.

Et antequam Patronus, magister, seu præfectus, vt supra admittantur ad examinandum testes super iactu, seu auaria secutis, teneantur calculatores habere ab eis promissionem, & idoneam fideiussionem de soluendo duodecim pro quolibet, quod exonerassent contra formam statuti de iactu, & seu de quo fraudassent, seu fraudem commisissent,

aut

Arbitri non veniunt appellᵉ Magᵗʳᵃᵗ. Chartar. decis. 5. nº. 11. et 12.

Sententia Arbitri, et arbitratoris non dicitur res iudicata l. et n. ff. de Arbitr. vid. Iason in dᵃ. l. 1.

Antequam lis moveatur potest in Iudicem fieri compromissum non obstante Statᵒ. v. Castren. cons. 303, pº. 1.

Iudex sive sit solus, sive cum aliis, ut infra ne quis in causa propria § 1. et § nullus iudicet.

Magistratus differt à Iudice v. Bottin. in appendice ad decis. in causa Grimalda post tractat. de maiorat. § 11. nº 4.

comprehendit omnem, qui habet facultatem Iudicandi. Signorol. cons. 161. nº 3. versic. igitur dico.

Potest Iudex Ordinarius fieri arbitrator, licet non possit fieri arbiter. Crocch. discept. 86. nº 54.

Decisio

Anno 1721. die 6. 9bris fuit pronunciatum à Magᵗᵒ DD. Syndicat. Ordinar. compromissum factum in unum ex MM. auditoribus, coram quo lis pendebat non sustineri et ideo non licuisse M. Philippo Buttari 3ᵒ arbitro à duobus arbitris electo in casu discordiæ proferre laudum inter D. Io: Antonium Berlengerium ex una et D. Augustinum Bernizonum ex alia parte. Nota tamen quod dicta causa fuit postmodum assumpta ab Illᵐᵒ DD. Supᵐᵒ die 19. intermino relevantis, et die 17. Xbris di anni proposito quis esset sensus pronunciandi relevans fuisse reportatum, pro parte D. Bernizani propositio fuit reprobata Patrocinante Io: Peratio pro dº D. Berlongerio / Vid. Paccion. allegat. 17. nº 12. et 13.

Licentia à Senatu notificanda. Huiusmodi confirmatio facta à Senatu vel à Magᵗʳᵒ [illegible] an sit Parti notificanda. Ansal. tenet affirmative dec. 22. nº 19. et 12. ubi quod interim compromissum tamquam conditionale est nullius roboris.

Idem dic de acceptatione Arbitrorum, quod nempe sit Parti notificanda, ad hoc ut terminus compromissi currat. Lan. de compromis. q. 1. nº 85.

Item de prorogatione compromissi facta ab arbitris debet notificari Partibus, alias non valet, etiamsi Partes renunciasent dictæ notificationi Crocch. discept. 25. nº 27. et 28.

Pro contraria v. Iason in l. nec quidquam nº 58. in fin. ff. de Proconsul.

aut committerent ad prçiudicium calculi, quç pœna ſit applicata pro tertio, calculatoribus, & pro alijs duobus tertijs patribus communis, niſi fraus detecta eſſet medio alicuius, quia tunc tertia pars pœnæ debetur delatori etiam ſecreto.

Merces, ſeu ſtipendium faciendi calculum ſit de libris decem, vſque in libras centũ quinquaginta pro quolibet, taxãda per conſeruatores maris; & dimidia ſit ipſorũ calculatorũ, & alia dimidia ſoluatur conſeruatoribus maris erogãda in vſus dicti offici; & ꝓ eo, quod dictis vſibus ſupererit, dãdo patribus cõmunis in impẽſas portus, & moduli erogãdo.

Si qui calculatores dandi, vel eligendi eſſent in aliqua cauſa, & in eorum electione, ſeu nominatione partes eſſent diſcordes, eligantur per magiſtratus, ſeu iudices cauſæ, excluſis magiſtratibus forenſibus, qui calculatores non eligant; ſed de huiuſmodi magiſtratuum forenſium mandato per notarium cauſæ fiat notitia in ſcriptis Senatui de qualitate cauſæ, & nominibus partium. Et electio fiat per Senatum citata parte, & remotis remouendis; Et calculatores teneãtur procedere ad cognitionem cauſæ, & relationem facere intra tempus ſtatuendum.

De Arbitris, & arbitratoribus. Cap. XII.

NVllus magiſtratus, vel iudex poſsit de cauſis coràm ipſo vertentibus acceptare compromiſſum in ſe factum ab aliquibus, ſub pœna librarum centum; & nemo poſſit compromiſſum in magiſtratus facere de dictis cauſis: quod ſi contrafieret quicquid actum fuerit coràm illo, ſit ipſo iure nullum, niſi per Senatum, ſeu magiſtratum extraordinariorum, ſeu Terræfirmæ diſpenſatum foret.

Non poſsit fieri compromiſſum in genere, vel in ſpecie de aliqua cauſa, ſeu quæſtione iuriſperito, cui commiſſa eſſet; nec iuriſperitus poſsit compromiſſum acceptare, ſub pœna librarum centum, & ſi acceptaret, non remota dicta pœna, ſententia ab eo lata ſit ipſo iure nulla, niſi eſſet diſpenſatum, vt ſupra.

Non poſsint etiam fieri compromiſſa in procuratores, ſeu ſolicitatores, aut patrocinantes de cauſis, in quibus pro aliqua partium ſunt procuratores, ſolicitatores, ſeu patrocinantes, etiam ſi id fieret de partium voluntate, niſi obtineatur licentia à Senatu, vel extraordinarijs, vel officio Terræfirmæ. Et facta cõtra formam præſentis ſtatuti ſint nulla.

Qui acceptauerit compromiſſum etiam de mandato, ſeu licentia ſuperiorum, non poſsit percipere, nec habere ſalarium quouis colore, ſeu cauſa, ſub pœna dupli. Et vltra, omnia acta, ſententiæ, & alia ſecuta coràm ipſo arbitro, quo ad beneficium partis, quæ ſalarium dederit, ſint ipſo iure nulla, & pro nullis penitus habeantur; ſed remaneant valida, & efficacia, quo ad fauorem illius, qui ſalarium non dederit.

Compellantur dicti arbitri, & arbitratores, & quicumque alij ſiue vnus, ſiue plures, in quos factum fuerit compromiſſum, ad cognoſcendum, & definiendum cauſas, ſeu quæſtiones, aut negotia ſibi commiſſa: & hoc per ſupremos, ſeu minores ſyndicatores, poſtquam compromiſſum ac-

ceptauerint; quod acceptasse intelligantur, quando talia interuenerint, propter quæ intelligi debeat illos compromissum acceptasse, vel quando ipsis fuerit per ambas partes notificatum compromissum, & ipsi in continenti non dixerint se nolle illud acceptare.

Quando à partibus attributa est in cõpromisso arbitris, & arbitratoribus potestas eligendi tertium in casu discordiæ, inter ipsos valeat compromissum, etiam quòd tertius sit incertus, & eligi possit non obstante quacumque dispositione iuris communis; & nihilominus si post electionem tertij essent primi arbitri, & arbitratores concordes, possint eorum laudum, seu sententiam proferre absq; tertio, ac si tertius nunquam datus fuisset; quòd si arbitri non concordarent in eligendo tertio spectet ad Magistratum, vt inferius dicetur, nisi obstaret pactum expressum.

Si arbitri, & arbitratores esset discordes, de qua discordia appareat per iuramentum vnius ex ipsis, & in cõpromisso non sit apposita forma dandi tertium, detur tertius, & debeat eligi per supremos, seu minores syndicatores; habita ratione; quòd si arbitri essent iurisperiti detur iurisperitus, & si non essent iurisperiti, fiat electio receptis confidentibus à partibus; & si alius non iurisperitus esset eligendus, fiat, receptis suspectis à partibus, nisi partes ipsæ de confidenti conuenirent.

Non possint arbitri, & arbitratores, atq; tertij allegari, neq; iurari suspecti, nisi ex causa iusta superuenienti, quæ declaretur iusta per supremos, seu minores syndicatores intra dies octo ab allegatione, seu iuramento suspecti; aliter allegatio, & iuramentum ipsum non admittatur, & pro nullis habeantur; & nisi obstaret pactum in compromisso appositum. Si verò allegatio, & iuramentum fuerint admissa, seu causa suspitionis declarata iustà per dictos supremos, seu minores syndicatores fiat electio in locum amoti, seu amotorum eo modo, quo facta fuit electio ipsorum; ita vt, si aliquis à partium aliqua fuisset nominatus, cogatur illa pars ad alium nominandum iuris, & facti remedijs opportunis per supremos, vel minores syndicatores; aliter ipso non nominante fiat electio per ipsum magistratum.

Vbi verò arbiter, seu arbitrator allegaretur, vel iuraretur suspectus in fine temporis compromissi, ita vt non adessent amplius octo dies dicti temporis, intelligatur, & sit tempus ipsum prorogatum per dies octo, postquam fuerit cognitum super suspitionem, seu transactum tempus octo dierum ad cognoscendum; & hoc valeat semel tantum in quolibet compromisso, & non vltra.

Si in compromisso non fuerit appositum tempus, per quod durare debeat, intelligatur durare per tempus mensium sex, à die facti compromissi, & non vltra.

Si verò arbitri, & arbitratores non definiuerint quæstionem, siue negotiũ, quæ, vel quod fuerit eis compromissum, partes remaneant in eo statu, & gradu, in quo erant ante compromissum factum, & iura earum remaneant illæsa respectu eorum, quæ nou fuissent definita.

Sed si factus fuerit processus, seu acta coràm eis, valeant coràm alijs iudicibus competentibus; possintq; ipsi arbitri, & arbitratores produci

in

Exemplum

Anno 1603. folio 1. n.° 88. Decisum fuit per Supr.mo Duo ex arbitris non posse ferre sententiam 3.° non vocato in causa Aug.ni Bordonig. Idem de anno 1605. n.° 393. ex consil. M. Petri M.a De Ferrariis in causa Laurentini. Idem anno 1610. n.° 287. ex consil. M. Raphaelis De Iurvi. Idem 1318. in causa Fratrum De Axerctis contra Iosephum Axeretum cepta anno 1313. in qua dixerunt non decidisse etiamsi 3.us vocatus non comparuerit ex Iason. in l. duo ex tribus ff. de re Iudic. Vid. Rot. decis. 135. n.° 11. et 13. p.te 14. Rec. ubi quod nequeunt duo ex tribus arbitris laudum proferre tertio absente citra vitium nullitatis per text. si in tres 10. et in l. seq. ff. de recept. arbitr. et in l. duo ex tribus 39. ff. de re Iudicat. Vid. omnino Curt. Iun. cons. 39. n.° 1. et 2. ubi ampliat etiamsi dictum fuerit in comprom.o quod tres vel eorum maior pars possit pronunciare procedere. v. Cors. cons. 65. per tot. lib. 2.

Essent discordes. Hoc Stat.m habet etiam locum, si arbitri sint discordes in exequut.e ma[illegible] cum nō desinant esse arbitri et ita practicatum fuit anno 1722 de mense Iunij pro Isabella Mercelli contra D. Ioseph. Viquem per Supr.mo Vicente Io: Peralto, fuit enim electus Tertius.

Per electionem 3.ij an sit novum compromissum. V. Bartol. in l. si dominio n.° 5. ff. de furt.

Iste Tertius an sit verè arbiter vel Consultor, distingue ut per Caslin. contro. 12. n.° 6. V. Ancharan. cons. 152. Bartol. in l. si dominium 68. n.° 2. ff. de furt. v. omninò Reguzan. q.e 129. n.° 16. et seqq. Bald. in cons. 93. sub n.° 1. vol. 2.

* Causa antiqua quæ de novo devenit ad meam notitia dicitur causa superveniens suspicionis et per eam potest Iudex suspectus allegari. Alb. in c. 1. vosis. vel. et ex quo de Iudic. Serapih. de iuram. privileg. 1. n.° 11. et 13.

Prorogatum. Utrum hoc tempus prorogatum non à Partibus, nec ab arbitris, sed à lege, sit idem cum 1.mo tempore compromissi, affirmat Barbo. de compromiss. q.e 9. princip. n.° 9.

Non fuerit appositum tempus. Statutum hoc non comprehendit Peritos electos ad estimandum. V. Beroll. cons. 130. n.° 20.

De iure potestas arbitratoris durat perpetuò. V. Alciat. cons. 124. per tot. lib. 5.

Compromissum. An dicatur compromissum non facta acceptione per arbitros, distinguit Blanc. in tract. de compromis. q.e 6. n.° 28. aut loquimur.

Valeant coram aliis assertioni Arbitrorum an stetur. Vid. pro aff.va Bosch. cons. 133. n.° 11. et in terminis Arbitri, Arbitratoris decis. 38. n.° 2. p.te 5. Rec. ubi de confessione facta extraiudicialiter coram arbitro et arbitratore, de qua non constat nisi per assertionem arbitri. Conferunt tradita per Gratian. decis. 63. n.° 15. et 16. ubi quod laudum iustificans excusatur, quia acta coram arbitratore non iustificantur in scriptis. Rot. decis. 112. n.° 6. p.te 13. Rec. Ast vid. distinguentem satis pulchrè Suid. de confess. p.te 3. n.° 12. usque ad 30. Et pro negativa V. Tertaij allegat. 19. a n.° 210. cum seqq. lib. 1. Zuccard. cons. 124. n.° 14.

Exequantur § Arbitri in executione sunt Iudices Delagati. Bald. cons. 332. sub n.° 2. lib. 2.

A Sententiis § Fallit hoc statutum stante enormissima lesione. Vid. Magon. decis. Lucen. 98. n.° 17. et seqq. Cavvan. ad Stat. Mediol. cap. 113. n.° 6. vol. 1. Jason in l. qui iurato ff. qui satisd. cog. Bertazol. cons. civil. 120. n.° 8. et 11. Dec. in cons. 39. n.° 6. lib. 1. et cons. 11. n.° 5. Roman. cons. 90. n.° 6. Zuccard. cons. 125. n.° 20. et seqq.

in teſtes ſuper eis, quæ coràm ipſis facta fuerint.

Si arbitri, & arbitratores ſententiam, ſeu laudum tulerint intrà tempus eorum bailiæ, exequantur dictæ ſententiæ, ſeu lauda, & executioni mandentur vna cum compromiſſo vt in ſtatuto, De cauſis executiuis; niſi de contentis in ſententia facta fuiſſet poſt eam ceſſio, ſeu translatio in aliquem ex arbitris; quo caſu non poſſit exequi, imo ille, contra quem lata eſſet, non poſſit pro contentis in ea moleſtari.

Non poſſint tamen dicti arbitri, & arbitratores in proferendo ſententiam reſeruare ſibi facultatem dandi aliam ſententiam vltra tempus compromiſſi, niſi eſſet de expreſſo conſenſu, & voluntate partium.

A ſententijs, & laudis arbitrorum, & arbitratorum non poſſit appellari, ſupplicari, nec peti melioratio, nec in integrum reſtitutio, nec reductio ad arbitrium boni viri: nec poſſint peti, dici, ſeu declarari nulla, ſed exequi debeant pro vt lata fuerint, dummodo dicti arbitri, & arbitratores non exceſſerint eorum bailiam.

Non poſſint arbitri, & arbitratores moleſtari, vel inquietari directè, vel indirectè modo aliquo, neque conueniri ciuiliter, vel criminaliter, eo quia dicatur, quòd fecerint litem ſuam, malè ferendo ſententiam, vel malè arbitrando ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue doloſe, ſiue non doloſe, ſiue quocumque alio quæſito colore diceretur male fuiſſe verſatum circa ſententiam, vel circa prædicta, vel occaſione prędictorum; niſi daretur per corruptelam pecuniæ, ſiue alicuius rei, vel per aliquã promiſſionem.

De iuriſdictione Cæterorum magiſtratuum Reipublicæ. Cap. XIII.

CAeteri omnes, & ſinguli Magiſtratus habeant illam auctoritatem & iuriſdictionem, quæ ipſis reſpectiuè ex forma electionis, ſeu inſtitutione magiſtratus, aut natura muneris competit, quibus propterea nihil derogatum intelligatur.

De ordine ſeruando per iuſdicentes Dominij. Cap. XIIII.

OMnes, & ſinguli iuſdicẽtes, officiales, & miniſtri totius dominij Reipublicæ, & tàm conuentionatorum, quàm non, teneantur præſtare fideiuſſorem in Camera Procuratorũ pro pecunijs Reipublicæ, & aliũ ad tribunal Supremorum de ſumma per ordines taxata, De ſtando ſyndicatui in loco, in quo fuerit deſtinatus ꝑ tẽpus ſui ſyndicatus, & de ſoluẽdo cõdẽnationes in ſyndicatu factas, & ad præſtandũ alios fideiuſſores, & obſeruãdũ quęcũq; alia, quę ex natura officij obſeruare debent.

Quilibet Poteſtas, & iuſdicens teneatur ſtare, & morari continuè toto tempore, pro quo conſtitutus fuit, in ſua poteſtatia, neque ex ea recedere poſſit, niſi aliter in ſpecie prouiſum fuiſſet, & niſi de licentia Senatus in ſcriptis data; quę licentia non poſſit excedere dies quindecim; ſalua auctoritate dicto Senatui prorogandi dictum terminum in ſcriptis ex aliqua iuſta cauſa; quo caſu debeant locumtenentem in eorũ

abſentia conſtituere, & etiam finito officio, ſeu tempore magiſtratus, non poſſint recedere, niſi adueniente ſucceſſore: & ſi in aliquo de prædictis contrafecerint, incidant in pœnam librarum decem, vſque in quinqnaginta pro qualibet vice, & in grauiorẽ pœnã arbitrio Senatus.

Non accipiant pecuniam neque aliam rem occaſione interpoſitionis auctoritatis præſtandæ, vel interponendæ, nec occaſione alicuius cauſæ ad officium ſuum pertinentis, nec confirmationis conſulum, rectorum ordinatorum, miniſtrorum, ęſtimatorum, campariorum, vel aliorum officialium, neq; alia quacumque occaſione; ſed duntaxat ſalarium ſuum, & habitationem, quam habeant ab vniuerſitate, & niſi alia, quæ per ſtatuta ſpecialiter ſibi conceſſa eſſent, excluſis exculentis, & poculentis æſtimationis vſque in ſolidos decem.

Saluo quòd ſi ad inſtantiam alicuius de ſua iuriſdictione acceſerint ad reuidendũ aliquã viam, terram, terminos, vel bona, de quibus vertatur aliqua differẽtia corã ipſis, poſſint licite capere, & habere libras duas, ſi nõ acceſſerint vltra milliara decẽ, & ſi acceſſerint vltra, ad rationem librarum quattuor ſingulo die; & vltra expenſas victus, & equitaturæ.

Teneantur ipſi poteſtates, & iuſdicentes, & debeant exequi facere in eorum poteſtatijs, & iuriſdictionibus reſpectiuè præcepta, & mandata magiſtratuum ciuitatis Genuæ.

Et etiam conuentionati, quotieſcumque fuerint requiſiti, teneantur exequi licentias conceſſas à magiſtratibus ciuitatis contra quoſcumque; & ſic mandata in bonis quorũuis abſque vlla mora, & tergiuerſatione.

Non poſſint concedere alicui licentiam de accedendo ad ſtipendia cuiuſuis, ſine mandato Senatus.

Nequeant Poteſtates, iuſdicentes, notarij, & alij officiales negotiari in ſua poteſtatia, ſeu iuriſdictione, neq; alibi de rebus deferendis in dictam poteſtatiam, neque de exportandis ab ea, per ſe, nec per interpoſitam perſonam directè, vel indirectè, ſub pœna librarum quinquaginta pro qualibet contrafactione, vel ſub grauiori pœna, ſi grauior per aliqua ſtatuta, ſeu ordinationes impoſita eſſet.

Quęſtiones ciuiles audire, & in eis procedere, & eas cognoſcere, & definire teneantur Poteſtates, & iuſdicentes bona fide, ſine fraude, ſecundùm formam ſtatutorum, & conſtitutionum Reipublicæ; & ab eorum ſententijs de libris decem, & ab infra (non coaceruatis expenſis) appellari non poſſit; ab alijs verò ſupra libras decem appellari poſſit, vt in ſtatutis de meliorandis ſententijs, & de appellationibus.

Poteſtates verò, qui habent capitaneos, ſeu vicarios ſupra ſe non poſſint cognitionem habere de cauſis criminalibus, niſi vbi irrogandæ eſſent pœnæ pecuniariæ; alię verò cognoſcantur, & definiantur per Capitaneos, ſeu vicarios habentes ius ſanguinis ad formam ſtatutorum.

Ita tamen quòd vbi relatio chirurgi fiet cum periculo, vel etiam cum aliquo periculo, cognitio, & deciſio ſpectet ad capitaneos, ſeu vicarios, & non ad ipſos poteſtates inferiores.

A ſententijs, grauaminibus, & condemnationibus per dictos poteſtates, & alios iuſdicentes faciendis, in quibus pœnæ pecuniariæ ſunt irrogandæ,

Strata sive quid sit Strata et quomodo differat à via v. Paitell. in annotat. 63. nº 11. et seqq.

gandę, appellari possit ad prętorē Genuæ, qui possit etiam potestates, & iusdicentes condemnare in duplum condemnationum ab eis facta-rum, si cognouerit eos contra iustitiam fraudolenter condemnasse.

Scribæ, & notarij, ac subscribæ dictorum potestatum, vel iusdicentium non possint accipere pro mercede nisi illud, quod per tarifam siue statuta concessum est, sub pœna dupli, & restitutionis eius, quod habuissent, & ad ita obseruandum compellantur per dictos potestates, & iusdicentes: qui scribæ teneantur officium suum bene, & fideliter exercere sub pœna librarum decem, pro qualibet contrafactione, & sub alijs pœnis appositis respectiuè per decreta, & constitutiones.

Nec possint dicti potestates, & iusdicentes facere nouas ordinationes, nisi de licentia Senatus.

Qui quidem potestates, & iusdicentes teneātur habere, & retinere librū, seu cartularium, in quo notent omnes condemnationes per ipsos respectiuè dietim factas, & etiam computum de introitibus spectantibus Reipublicæ; & de omnibus prædictis teneantur reddere rationem cum reliquatus solutione, & obseruare cetera alia secundum naturā officij. Et scribę teneantur similiter conficere librum, in quo notent omnes condemnationes; & illum præsentare teneantur; & alia obseruare secundum naturam eorum officij.

Consules, syndici, ministrales, æstimatores, rectores, camparij, & officiales constituendi in potestatijs constituantur, secundnm ordinationes, & constitutiones locorum, & vniuersitatum respectiue; & in eis eligendis prætores, & iusdicentes vocem non habeant, nisi aliter esset specialiter ordinatum. Et qui anno præcedenti fuisset in aliquo ex dictis officijs, non possit adesse in illo anno, neque filius, nepos, pater, vel attinens vsque in tertium gradum, nisi aliter esset specialiter constitutū, & nisi adesset aliquis ordo particularis, qui obseruetur.

Vias, & stratas potestatiæ, & iurisdictionis suæ, quilibet potestas, & iusdicens aptari, & manuteneri faciat per homines illius potestatiæ, & iurisdictionis.

Prædicta obseruentur sub pœna librarum decem, vsque in centum arbitrio syndicatorum.

Potestates, & iusdicentes Bisamnis, Porciferæ, & Vulturi teneantur, per se, vel per locumtenentem reddere ius, & tenere curiam etiam in palatio Reipublicæ in ciuitate Genuæ, & ipsi Prætores, & iusdicentes accedere ad loca debita.

De syndicatoribus Magistratuum Dominij. Cap. XV.

MAgistratus, iusdicentes, officiales, & alij quicumque, ad quos perueniunt pecuniæ publicæ, seu cameræ Reipublicæ, teneantur finito officio, etiam antequam incipiatur syndicatus, ad mandatū syndicatorum, qui mittuntur ad syndicandum præstare iuramentum in manibus ipsorum syndicatorum de dando computo fideliter, & legaliter; & sic teneantur computum dare de omnibus condemnationibus

bus per eos exactis, & de confiscationibus, & pecunijs, seu bonis perceptis, & similiter iurare quòd per se, vel per alios non habuerunt aliquid aliud, & iuramentum prædictum præstare teneantur sub pœna librarum vigintiquinque vsque in ducentum arbitrio syndicatorum.

In proclamate, quod pro syndicatu faciendo emitti solet, inter alia syndicatores apponi faciant; quòd si quis est, qui notitiam habeat quòd fuerit data, vel promissa aliqua pecuniæ quantitas, seu donũ, vel quid aliud quod non sit ab ordinatione Reipublicæ permissum, & hoc siue iusdicentibus, siue eorum familiæ, aut alijs pro eis, compareat intra terminum in proclamate exprimendum coràm ipsis ad illud manifestandum, sub pœna tripli eius, quod fuisset datum, vel promissum; & idem fiat respectu eius, quod fuisset datum, vel promissum scribis, & alijs officialibus, & ministris. Et posśint etiam in dicto proclamate promittere condonationem delicti illis, qui prædicta manifestarent, & in claris ponerent, exclusis iam indiciatis, arbitrio syndicatorum iuxta auctoritatem eis dandam in instructionibus Senatus, & supremorũ.

Syndicatores huiusmodi visitent, inquirant, mulctent, puniant, condemnent, & absoluant magistratus, iusdicẽtes, officiales, scribas, ministros, & alios eorum syndicatui subiectos, pro vt ipsis videbitur: teneantur tamen ipsi obseruare quæ in mandatis habuerint siue à Senatu, siue à supremis syndicatoribus, & ab eorum condemnationibus, seu sententijs excedentibus, tàm respectu pœnarum, quàm restitutionum summam librarum centum, possit haberi recursus per viam reuisionis tantùm ad solos supremos syndicatores: qui vna cum ipsis duobus syndicatoribus, qui syndicauerunt, facultatem, & bailiã habeant intra mensem à reuersis dictis duobus syndicatoribus ad ciuitatem reuidendi, & reformandi tales sententias, & in totum, seu in partem moderandi, pro vt eis videbitur; ita tamen, vt saltem quattuor ex ipsis septem concurrant. Declarato, quòd dicti supremi syndicatores possint prorogare dictum mensem per alios duos menses in vna, seu pluribus vicibus, secundum qualitatem causæ, nec aliquis condemnatus in syndicatu possit aliter, vel alio modo habere recursum ad aliquem magistratum, neque etiam ad ipsosmet supremos, nec aliquo alio modo posśit audiri, vel querelam, vel reclamationem proponere sub pœna librarum ducentum pro qualibet vice; & omnis absolutio, vel gratia, quæ quomodolibet tentaretur, vel fieret, non valeat.

Condemnationes, absolutiones, & alia acta syndicatus debeant recipi, & testari per notarium de Collegio Genuæ ad id eligendum, qui exinde reuersis syndicatoribus teneatur ea præsentare supremis retinenda in eorum archiuio; & qui inter alia teneatur dare scripta nomina, & cognomina, causas, & circumstantias eorum, qui per Commissarios syndicatores fuerint deliberati poni in libro speculi, & etiam notulam condemnationum factarum per dictos syndicatores contra officiales pro pœna, non autem pro restitutione; ad hoc vt notarius supremorũ, & Cancellarij Reipublicæ posśint ea omnia notare in libro speculi, legendo, quando conferuntur officia beneficialia.

De

An Iudex teneatur de syndicatu si iniuste egit de consilio assessoris. Vid. distinguentem Cancer. var. resol. p.a 1. cap. 2 de iurisd. cap. 13. n.o 161. et seqq.

Prorogare dictum mensem) Hic mensis potest à Senatu restauratis prorogari, ut practicatum fuit anno 1615. 13. Xbris, et exinde reformata fuit sententia, ut constat in lib. Specul.

Non tollitur interpretatio passiva in puncto Paulut. decis. unic. post eius divers. Ex nº 118. Palm. Resp. allegat. 4. nº 13. cum concordantes v. Mart. cons. 63. nº 12. et seqq. ubi ex Bartolo tradit, quod hoc Statutum parum aut nihil operatur.

Non excluditur interpretatio significativa. Amat. decis. sing. nº 14.

Numquam censetur exclusa interpretatio quae venit ex natura rei et ratione expressa statuti sed solum veniens extranea, frivola et non necessaria. Bartol. in l. omnes populi nº 65. ff. de iust. et iur., Paris. cons. 99. nº 18. et seqq. vol. [omnino videnda] Seraph. de privileg. iuramen. privileg. 34. nº 131. Onciol. ad Stat. Eugubii in prelud. nº 25. Armanzan decis. 40 in fin.

Debet fieri tamen ne pariat iniquitatem et secundum sanum intellectum Cartar. decis. 111. in fin., Mascard. conclus. 4. nº 115. et 111. et concl. 1. nº 24. Rugin. cap. 2. § 4. nº 25.

Ad hoc Statutum videantur Mascard. de general. Stat. interp. concl. 1. nº 33. cum pluribus seqq., Carpan. ad ad Stat. Mediol. cap. 134. nº 14. et 60. lib. 1. et cap. 131. nº 31. et seqq. Fallin. de verb. signif. cap. 30. et 31. lib. 8. Onciol. ad Stat. Eugubii in prelud. ubi quod magis recipiat interpretationem ab alio Stat. quam a iure communi ibi nº 13. Maggon. decis. 33. in nº 9. decis. 133. nº 22. 23. et Corneus cons. 224. nº 13. et ... Merent. controv. lib. 2. cap. 12. per tot. [in margin: et conclus. 4. nº 113.]

Quod admittatur sola grammaticalis constructio, Bald. in authent. si qua mulier C. de sacros. eccles., Corne. in cons. 12. vol. 2. Jason in cons. 52. vol. 1.

Quod dicatur exclusus com. usus loquendi. Felin. in c. 1. nº 8. de probat. et in proem. decret. nº 14.

Prout litera iacet, dicit id, quod oculis corporeis legi potest, non quod oculo intellectus Curt. Jun. cons. 6. nº 6. et 7. Menoch. controv. lib. 1. cap. 13. Menoch. cons. 115. nº 15. et seqq. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 12. tit. 10. nº 10.

Vid. sup. dicta verba in puncto huius Statuti Genuae Bald. cons. 460. nº 4. lib. 1.

De extrinſeco intellectu prohibito. Cap. XVI.

NEmo poſsit, aut debeat interpretationem aliquam, aut extrinſecum intellectum dare ſtatutis, capitulis, decretis, ordinibus, & conſtitutionibus Reipublicæ; nec arguere, nec ſubaudire, nec ampliare, nec reſtringere, nec ex identitate, nec maioritate rationis, nec aliqua alia occaſione, vel ratione; ſed accipi, & intelligi debeant ſimpliciter, pro vt littera iacet; ita tamen quòd vbi profertur verbum in maſculino genere intelligatur etiam in fœminino ſi alicui ſtatuto expreſsè nō contrariatur, & ſi illud, in quo profertur maſculinũ, poterit cõuenire ita fęminæ, ſicut maſculo, & ſimiliter vbi profertur aliquid in numero plurali intelligatur etiam in ſingulari, & è conuerſo, ſi illud, in quo profertur, poterit ita conuenire vni, ſicut pluribus, & pluribus ſicut vni, & ſi expreſsè non contrariatur alicui ſtatuto; & pariter vbi fit mentio de magiſtratu ciuitatis Genuæ, vel de magiſtratu diſtrictus, aut dominij, intelligatur de omnibus magiſtratibus Reipub. tàm in dominio, quàm extra, ſi terminus, vel caſus occurrens poterit cõuenire, vel congruere.

Nullus magiſtratus, nulluſque iuriſperitus, & nullus alius cuiuſcunque gradus, ſtatus, ſexus, & conditionis ſit, poſsit proponere, opponere, allegare vel dicere, verbo, vel ſcripto, quòd capitula, ſtatuta, decreta, ordines, vel conſtitutiones fieri non potuerint, vel quòd ſint iniquæ, vel contra iura vel quod per conſuetudinem, aut diſuetudinem fuerint derogata, vel abolita, vel vſu non recepta.

Et nullus magiſtratus, nulluſq; conſultor poſsit, aut debeat audire aliquẽ ex prædictis; imo quælibet allegatio, & oppoſitio ex prædictis ſit nullius roboris, & momenti; imò teneantur dicta capitula, ſtatuta, decreta, ordines, & conſtitutiones exequi, & executioni mandare modis omnibus, nulla ex prædictis oppoſitionibus admiſſa; ſalua ſemper oppoſitione, & exceptione coràm illis, ad quos ſpectat contra decreta, & reſcripta, quæ facta, vel conceſſa fuerint contra formam legum Reipub.

Quiſquis autem contrafecerit in opponendo, excipiendo, allegando, vel dicẽdo prædicta, ſeu aliquod prædictorum intelligatur, ipſo facto cõdemnatus in libris vigintiquinque pro qualibet vice; & acceptans, vel iudicans contra præmiſſa, vel aliquod pręmiſſorum in libris centũ pro qualibet vice; & vlterius ſententia, ſiue interlocutoria, ſiue definitiua lata rationibus ſupra allegatis, ſeu qualibet earum, ſit ipſo iure nulla, & nullius momenti.

Præſens ſtatutum ſit, & intelligatur eſſe abrogatorium, & derogatorium omnium aliorum capitulorum, ſtatutorum, decretorum, ordinationũ, & conſtitutionum quibuſuis verborum ſolennitatibus conceptarum, & ſit, & intelligatur eſſe ad validandum, firmandum, roborandum, & exequi faciendum omnia & ſingula capitula ſtatuta, decreta, ordines, conſtitutiones Reipublicę, & quicquid in eis continetur etiam ſi oporteret de illis expreſſam mentionem fieri.

De

De iure reddendo, ſtatutis obſeruandis, & iuriſdictione non excedenda. Cap. XVII.

QVilibet magiſtratus, & iudex teneatur, & debeat ius reddere, & iuſtitiam facere cuicumque ſecundùm forma m capitulorum, & conſtitutionum Reipublicæ; & vbi capitula, & conſtitutiones deeſſent ſecundùm iura Romana, teneatur etiam obſeruare dicta capitula, ſtatuta, & conſtitutiones, ac decreta, & ordinationes Reipublicæ; & non poſſit excedere poteſtatem, ſeu iuriſdictionem, vel metam iuriſdictionis ex forma capitulorum ipſi competentem.

Declarato tamen, quòd vbicumque in ſtatutis tractatur de aliquo gradu agnationis, cognationis, affinitatis, aut propinquitatis intelligatur, ac intelligi, & numerari debeat ſecundum diſpoſitionem decretorum, ſeu conſtitutionum pontificiarum.

Si quis autem dicta ſtatuta, conſtitutiones, capitula, decreta, v el ordines obſeruare noluerit, aut neglexerit, & ſeu iuriſdictionem, vel metam iuriſdictionis, vt ſupra exceſſerit, cadat in pœnam librarum vigintiquinque vſque in centum pro qualibet vice, & vltra, pro qualitate admiſſi arbitrio ſyndicatorum; & vlterius proceſſus confeſſiones, receptiones teſtium, ſententię, acta, & alia facta excedentia iuriſdictionem, vel metã iuriſdictionis vt ſupra, nõ valeant, nec teneãt, ſed ſint ipſo iure nulla.

Si quæ acta, proceſſus, confeſſiones, receptiones teſtium, & alia acta facta fuerint coràm magiſtratu incompetenti ſcienter, vel ignoranter, non valeant, nec teneant coràm competenti, niſi de expreſſa partium voluntate, de qua conſtet per ſcripturam publicam.

Non intelligatur tamen per prædicta factum aliquod præiudicium auctoritati arbitrorum, & arbitratorum, neque illorum magiſtratuum, ſeu iudicum, quibus per regulas, ſeu conſtitutiones Reipublicæ aliter conceſſum fuiſſet.

Si verò aliqua cauſa mota coràm magiſtratu incompetenti non fuerit per reum oppoſita incompetentia, magiſtratus in prima cõparitione, in qua poteſt opponi ex forma ſtatuti, De cauſis ordinarijs, intelligatur magiſtratus tali caſu competens, non obſtantibus prædictis, ſed in dicta cauſa ſit eius iuriſdictio prorogata.

Non tamen hoc procedat contra tutores, nec curatores, nec contra contumaces, nec procuratores, qui non haberent mandatum in indiuiduo agendi, ſeu defendendi coràm illo magiſtratu.

Non poſſint magiſtratus, & iudices ordinarij allegari, neque iurari ſuſpecti aliquo modo, neque aliqua ratione, & omne iuramentum, & allegatio facta ſit ipſo iure nulla, & iurans, ſeu allegans cadat in pœnam ſcutorum centum pro qualibet vice, & vltra, arbitrio ſyndicatorum: quæ pœna pro medietate ſit applicata parti, ſalua ſemper diſpoſitione ſtatuti, ne quis in cauſa propria, vel propinqui ſit iudex.

Ne

Si materia de qua agit[ur] spectet ad Canones erit decidenda s[ecundu]m Ius Canonicum Gratian. cap. 33. n.º 14.
Hæc dispositio complectit[ur] nedum Ius scriptum, sed etiam sententias, et dicta glossarum, et DD. [illegible] deductarum.

Decessent quando decessisse dicant[ur]. Vid. Morott. Respon. 69. n.º 9.

Secundum iura Romana hoc Statutum non intelligit[ur] respectu iuris Romani non correcti p[er] ius canonicum. Secus si fuerit correctum, quia hoc non est amplius Civile, sed Canonicum quod tali casu servari deberet non obstante hoc Statuto Saminiat. controv. 29. tom. 1. n.º 161. in terminis huius Statuti et controv. 30. n.º 14. et seqq. et controv. 33. n.º 3. et seqq. cum aliis ibi.

Noluerit aut neglexerit Quid importent hæc verba V. Grammatic. cons. criminal. 59. n.º 2. 5. loquens de Syndicatu

neglexerit negligens non dicit[ur] Iudex, nisi pars institerit, et ab eo petierit Borell. de compromi. § 6. glos. 2. n.º 3. pulchre Natt. cons. 685. n.º 3. et 2.

Cadat in pœnam Iusta credulitas Iudicis excusat eum a pœna, non verò ab excessu, et nullitate Rot. coram Emerix decis. 1101. in fin.
Si res adsit dubia non habet locum Syndicatus. Surretti cons. 4. n.º 87. et 88. lib. 1.
Iudex si iudicat contra statuti dispositionem varios intellectus recipienti non dicit[ur] peccare contra legem. Decian. cons. 37. n.º 13. et 15. lib. 2.

Exemplum
1701. 30. Aprilis M. [illegible] de Iudicibus retulit [illegible] Arbitros comprehendi [illegible] huius Statuti in causa inter [illegible] Fratre Matthiolo [illegible] Diversi. [illegible] Revass[illegible]

Causa mota quando dicatur V. Bald. cons. 106. lib. 2. Iac. Sord. lib. 13. tit. 1. de Iudic. n.º 60.

Ad requisitum litis contestatio ad effectum prorogandi Iurisd. vel sufficiat actus gesti ante illam V. Rendin. lib. de Iurisd. 59. n.º [illegible] et seqq. Vid. Decrey. de Iurisd. cap. 3. n.º 39. Vulpin. de Iudic. lib. 11. cap. 4. n.º 121.

Prorogata Ubi non est Iudicium, nempe actor, et reus non prorogat V. Soccin. Iun. cons. 164. in fin. lib. 2. Marin. resolut. 139. n.º 2. lib. 2. Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 3. n.º 53. [illegible] praeparat. [illegible] n.º 100. [illegible]
Prorogatio non operat[ur] nisi inter Partes prorogantes, secus quoad alias personas. Marant. in Specul. p.e 2. distinct. 13. n.º 8.
Iurisdictio non prorogat[ur] p[er] errorem neq: ex actu preparatorio Iudicio[rum] Cenkius [illegible] 94. n.º 13. et seqq. [illegible] excludens prorogatione in [illegible] curatoris ad Iudicium.
Actus facti ex necessitate non prorogant Iurisd.em Carleval. de Iudic. lib. 1. disput. 2. q.e 2. [illegible] n.º 113.
Prorogare Iurisd.em nihil aliud est quam extendere, et ut extensio fieri valeat subiectum Iurisd.is debet adesse [illegible] n.º 5. et Marant. p.e 2. distinct. 13. n.º 15. et alii.

Procuratores ex quibus clausulis dicatur collata Proc.ri facultas consentiendi seu prorogandi Iurisd.em V. omnino Rot. decis. 36. n.º 36. et seqq. p. 10. recen. Solin. de Procurat. p.e 2. cap. 5. n.º 54. et seqq.
Actus voluntariæ Iurisd.nis facti p[er] Proc.rem nunquam præiudicat Principali Bacci cons. 62. n.º 31. Curator non prorogat iurisdictionem Ram. decis. 339. n.º 2. et 5.

Exemplum

In 1714. 31. Xbris in causa non [illegible] contra Magnum [illegible] provisionem coram Ill.mo Sup.mo à M.co Io: Baptista De Turri dictum fuit Ill.mum Patrum M.cum Gentilem non posse dicere

In causa p.a M. Stephanus Pallavicinus D. Prior et Magistri Sindemporis erat Gener eiusdem, ideoque in eius locu fuit à Ser.mo Senatu subrogatus M.cus [illegible] Pinelli non obstante quod de [illegible] de Syndicanto Mag.tu [illegible] non vert de Syndicandis in [illegible] eiusdem

Hoc Statutum non ~~requirit~~ videtur comprehendere ea, quæ non requirunt formalem Iudicij discussionem et strepitum. V. Marsil. singular. 285. n.° 3.

De quo interesse intelligendum sit hoc Statutum scilicet vertendo, certo, et deducto in individuum. V. Volant. in Petratij Decis. et vot. divers. tom. 1. fol. 164. tom. 3. fol. 446. cum duobus seqq. tom. 8. fol. 431. et 501. 233. tum 1099.

Non habet locum hoc Statutum si interesse possit esse, et non esse. Dandus de prevent. p.te 1. cap. 6. n.° 12.

Qui tenetur de evictione dicitur habere interesse in causa vertente inter Possessorem et alterum, ideoque Iudex esse non potest. V. Marant. in spec. p.te 4. versic. et quandocumque appellatur n.° 65.

Specie intelligitur de tempore litis quo is agitur, futurum autem excludit. Rot. coram Carat. decis. 118. n.° 11. et Clarius Lazarog. ad [illegible] de decret. §. in ijs quæ n.° 10.

Frater Fideiussoris potest esse Iudex in causa mota contra ipsum Fideiussorem quia omne damnum et emolumentum non spectat ad fideiussorem, sed ad principalem, à quo ipse fideiussor repetit. V. Galeot. cap. 11. n.° 16. et 17.

Ne quis in causa propria, vel propinqui sit Iudex. Cap. XVIII.

NVllus magiſtratus ordinarius, ſiue extraordinarius poſſit iudicare; & coram eo non poſſit tractari, vel definiri aliqualis queſtio, cauſa, ſeu differentia, quæ directè, vel per obliquum ſpectet ad ipſum magiſtratum, ſeu patrem, matrem, filium, nepotem ex filijs, nepotem ex fratribus, vel ſororibus, patruum, auunculum, amitam materteram, vxorem, filios vxoris ex alio matrimonio, fratrem, ſororem, auum, vel auiam, conſanguineum germanum, ſiue ex duobus fratribus, ſiue ex duabus ſororibus, ſiue ex fratre, & ſorore, ſocerum, generum, maritum ſororis, maritum ſororis vxoris, & propinquum vſque in tertium gradum; & omnes ſupradicti caſus intelligantur de agnatione, cognatione, affinitate, & qualibet alia propinquitate; & affinitas intelligatur durare etiam poſt mortẽ eius, qui cauſam daret affinitati, & quicquid fieret contra formam præſentis ſtatuti ſit ipſo iure nullius roboris, & momenti.

Vbicunque pater excluſus eſt à iudicijs, excluſus etiam ſit filius; & è conuerſo viuente ipſo patre, & in cauſis patris viuentis remoueantur affines filij, qui ex forma ſtatutorũ deberẽt remoueri in cauſis ipſius filij.

Nullus iudicet in cauſa ſui iudicis, ille ſcilicet, qui quando eſt electus iudex, habet cauſas coràm illo, cuius eligitur iudex, ſiue ſit ſolus, ſiue cũ alijs, ſiue ſit ordinarius, ſiue extraordinarius, excluſis tamen arbitris, & arbitratoribus.

Et ſimiliter nullus poſſit eſſe iudex ordinarius in eo loco, in quo ſit incola, vel intra milliaria decem, excluſis habitatoribus ciuitatis, neque in loco originis propriæ, vel paternæ.

Non poſſit aliquis habens officium in curia alicuius magiſtratus agere cauſas pro alijs coràm eodem magiſtratu.

Si quis de aliquo magiſtratu vellet coràm eo agere, non poſſit id facere coràm collegis ſuis durante tempore eius magiſtratus; ſed alij pro dicta cauſa eligantur ab his, ad quos ſpectat.

Conuentus, ſeu comparens coràm aliquo magiſtratu, qui aliquo tempore fuiſſet iudex illius, vel è contra in cauſa criminali, vel intra annos quinque proximè præcedentes, in cauſa ciuili, poſſit intrà dies decem à prima citatione allegare ſuſpectum iudicem, ſiue ordinarium, ſiue extraordinarium excluſis arbitris, & arbitratoribus, quo caſu debeat fieri ſubrogatio.

MDLXXXX. Die XII. Februarij.

Sereniſsima Collegia Sereniſs. Reipub. Genuen. auditis Mag. & Preſtantiſs. Supremis Sindicatoribus, & quicquid dicere voluerũt circa intelligentiam, & dubietatem Statuti ne quis in cauſa propria, vel propinqui ſit Iudex in illis verbis vſque in tertiũ

gradum, & cupientes dubitationes, & materiam litigandi de medio tollere omni meliori modo, &c. ad calculos deliberauerunt proponi debere Mag. minori Consilio declarationem illorum verborum dicti Statuti, videlicet an illa verba vsque in tertium gradum intelligenda sint inclusiuè, an verò exclusiuè.

Die XIII. dicti.

PRopositâ fuit per me Io. Franciscum Rubeum Cancellarium de ordine, & mandato Serenissimorum Collegiorum declaratio suprascripta Mag. minori Consilio in legitimo numero coadunato ad conspectum præfatorum Serenissimorum Collegiorum in Aula solitæ residentiæ Serenis. Senatus hyemali tempore, et iussis ad eorum votum dicendum circa intelligentiam dictorum verborum; & nemine assurgente vocatus fuit Mag. Io. Lomellinus, qui iussus suam sententiam dicere fuit opinionis dicta verba declaranda, & intelligenda esse, declarari intelligiq; debere vsque in tertium gradum exclusiuè, non autem inclusiuè; quam opinionem sequuti fuerunt, omnes alij post eum vocati, & sumptis de more suffragijs super declaratione ipsa inuenta fuerunt nonaginta septem fauentia, & vndecim repugnantia, & sic declaratum remansit dicta verba vsque in tertium gradum exclusiuè accipienda esse, & intelligi debere vt latè in extendendo.

In Manuali Serenis. D. manu de Io. Francisci Rubei Cancell. & Sec.

MDLXXXX. Die XVI. Februarij.

VErba illa, quæ in Capitulo vigesimo primo quarti libri nouorum Statutorum Ciuilium de venditione rerum immobilium in participes, agnatos, & confines facienda; videlicet in primo §. si quis particularis, &c. leguntur vel agnato masculo vsque in tertiũ gradũ, &c. Declarata quod comprehendant, seu includant tertium gradum per Serenis. Collegia, & Consilium minus ad calculos nonaginta sex concurrentibus vt in extendendo.

In dicto Manuali manu N. Iacobi Ligalupi Cancell. & Sec.

Sc-

MDXCV. Die X. Iulij.

Serenissimus D. Dux, Excellentiss. DD. Gubernatores, & Illustrissimi Procuratores, examinato ante hac, & modo etiã negotio infrascripto ad cal. quattuor ex quinque partibus eorum, & vltra fauorabiliter conuenientibus, omni modo, &c. laudauerũt, ac laudant, & decernũt proponi Consilijs in omnib. vt inf.

Signori, Per il §. conuentus, &c. Nel capitolo ciuile, ne quis in causa propria sit iudex, può il conuenuto, ò sia il comparente dinanzi ad alcuno magistrato, il quale fusse stato suo giudice, vel è contra, in causa criminale, ouero fra cinque anni prossimamente precedenti in causa ciuile allegare fra lo spatio di dieci giorni dalla primiera citatione il Giudice sospetto, ò sia egli ordinario, ò straordinario, eccettuato però gli arbitri, & arbitratori, & si deue in tal caso fare la sorrogatione in luogo del Giudice, che sarà stato allegato sospetto. Hora di quì resta preteso, che se vno Cittadino, ò altro hauerà, per modo di parlare, causa dinanzi il Serenis. Senato, ò come reo, ò come attore, & in esso possa tal'hora essere alcuno, che per auentura, ò in questo Collegio, ò in altro magistrato fusse interuenuto à fare prouisione alcuna nella causa di esso reo, ouero attore, e da esso tale fosse egli allegato sospetto si debba venire à sorrogatione. Il medemo si dice per conto del Collegio dell'Illustrissimi Procuratori, e di altri magistrati, e delle Rote ancora, non ostante, che siano gl'Auditori di esse forastieri: e douendosi fare per le leggi le sorrogationi in persone, che habbino le medeme qualità considerino le SS. VV. che difficultà si apporteranno alle espeditioni delle cause, e che confusione, e intrichi ne seguiranno à pregiuditio di ogn'vno, che ricercherà prouigione in qual si voglia cosa: è gia bon pezzo, che noi vediamo simili inconuenienti, e conosciamo esser necessario per seruitio, e commodo di tutti ci si prenda qualche ispediente; e siamo andati però considerandolo, e finalmente alcuno à noi migliore non occorrerebbe come di correggere tutto il detto §. conuentus, seu comparens, in modo, che sia lecito nell'auuenire allegare sospetto il Giudice, salua però la disposione dello Statuto De delegatis, & saluo anco che li Giudici di appellatione, che non sono stati eletti riceuuti li confidenti dalle parti si possano allegare sospetti fra il termine, e sotto li modi, che permette ne' delegati il Statuto De delegatis; con che giudichiamo, che si debbano leuare infiniti absurdi, disgusti, e confusioni fra Cittadini, & anco ne'

ne' magiſtrati, poiche ſi vede eſſerſi coſi oſſeruato prima de' Statuti fatti l'anno 1589. ne eſſerne ſeguiti alcuni inconuenienti; le quali coſe habbiamo deliberato proporre all'vno, e l'altro de i Conſegli, accioche quando loro piacciano ſi contentino correggere il ſudetto paragrafo Conuentus, e prouedere in conformità di quanto ſopra. Se hora le SS. VV. ſaranno di queſto parere ſi contenteranno dimoſtrarlo co' voti fauoreuoli, accioche ſi poſſa in appreſſo ricercarne la confirmatione, & approuatione dal maggior Conſiglio.

MDXCV. Die XI. Iulij.

Conuocato, & congregato in legitimo numero ad conſpectum Sereniſsimorum Collegiorum centumuirali concilio fuit eidem per me Cancell. & Sec. iuſſu ſuam Sereniſs. DD. lecta ſupſcripta propoſitio, & exquiſitis poſtmodum ſententijs nonnullorum Conſiliariorũ laudantium corrigi, & prouideri in ſententiam eiuſdem propoſitionis, fuerunt de more dati, & collecti ſuper ea calculi, ex quibus inuentis fauorabilibus nonaginta ſeptem, & treſdecim contrarijs, propoſitò approbata remanſit.

Die XXVII. dicti.

Conuocato, & congregato in aula magna Palatij Ducalis ſolito ſigno campanæ magnæ in ſufficienti, & legitimo numero ad conſpectum Sereniſsimorum Collegiorum magno quadringentorum Conſilio fuit iuſsu ſuarum Sereniſsimarum DD. per me Cancell. & Secret. de ſuggeſtu eidem lecta propoſitio ſupraſcripta (demptis tamen verbis, ſe hora le SS. VV. ſaranno, &c. & reliquis vſque ad finem dictæ propoſitionis, & loco eorum poſitis, & explicatis; Il che tutto eſſendoſi propoſto al minore Conſiglio, & ſtato da eſſo lodato, & approuato con larghiſsimo numero de voti.) Quando dunque le SS. VV. ſiano del medeſimo parere ſaranno contente dimoſtrarlo co' voti fauoreuoli; & exinde facta omnibus conſiliarijs poteſtate dicendi ſuper eadem propoſitione quid vnuſquiſque eorum ſentiret, nemineq; aſsorgente, neque dicente, fuerunt nonnulli nominatim ſuam ſententiam dicere rogati; qui omnes laudauerunt propoſitionem prædictam approbari, ac corrigi, decerni, & prouideri iuxtà ſeriem, & continentiam eiuſdem; quare datis, & collectis ſuper ea de more calculis, & ex ipſis inuentis ducẽtis ſeptuaginta quinque fauorabilibus, & quadraginta ſex cõ-

trarijs

trarijs, propositio prædicta approbata remansit, & sic decretum, & prouisum iuxtà seriem, & continentiam eiusdem propositionis, & ita fuit illico per me dictum Cancell. & Sec. alta voce pronuntiatum.

In Cancell. Costæ.

De prohibita causarum commendatione. Cap. XIX.

NEmini liceat neque verbo, neque scripto, neque facto commendare alicui magistratui causas aliquas, neque personas litigantium, neque iura, etiam si commendaretur iustitia, sub pœna scutorũ quinquaginta pro qualibet vice.

Et nemini magistratui liceat quempiam audire commendantem, vt supra, imo teneatur commendantes reijcere sub eadem pœna; & si magistratibus forensibus fuerint factæ commendationes præsertim per litteras, debeant notificare Senatui sub eadem pœna. Excipiantur aduocati, procuratores, & attinentes partibus vsque in secundum gradum inclusiuè, qui non possint audiri à magistratibus Forensibus, nisi de die, ab ortu solis, vsque ad occasum sub eadem pœna.

De officijs, & scribanijs non exercendis. Cap. XX.

NVllus possit exercere officium, vel scribaniam, nisi fuerit electus à Senatu, vel habentibus auctoritatem eligendi, & nisi habitis à Cancellaria litteris, quæ dari non solent, nisi postquam electi obseruauerunt omnia, ad quæ tenentur ex natura officij: Et si quis contrafaceret, remoueatur, & cadat in pœnam à libris quinquaginta vsque in ducentum arbitrio Senatus, seu syndicatorum, & acta sint nulla, & pro nullis habeantur; nisi in quantum facta essent ad fauorem publicum; & ipsi teneantur partibus ad omnia damna, & sint obligati in solidum ad obseruantiam sententiarum, ac si essent validæ.

Non possit aliquis exercere officium, ad quod ipse non fuerit deputatus, nisi cum licentia Senatus, seu habentis ad id facultatem, sub pęna priuationis, saluo iure illis, quibus est permissum habere locumtenentẽ, & in casu contrafactionis officium ipso iure vacet.


Quòd officiales, & scribæ non procurent. Cap. XXI.

OFficiales, & scribę cuiusuis curiæ non possint in ea causas patrocinari, nisi esset causa alicuius sui propinqui vsq; in tertium gradũ, quo casu non possint etiam patrocinari coràm eo magistratu, cuius ipse solus esset notarius, & hoc sub pęna librarum decem vsque in quinquaginta pro qualibet vice, arbitrio syndicatorum, saluis semper regulis causidicorum Genuæ, & constitutionibus circa curias particulares.

Finis Libri Primi.

STATVTORVM CIVILIVM REIPVBLICAE GENVENSIS.

Liber Secundus.



De curia tenenda, & diebus feriatis. Cap. I.



MNES, & ſinguli dies, & horæ ſint iuridicæ, & in eis ius reddi poſſit; teneantur tamen omnes, & ſinguli iudices, & magiſtratus ſub pęna ſyndicamenti ius reddere, & pro iure reddendo ſedere ad eorum reſpectiuè tribunalia, ſeu loca ſolita quolibet die à tertijs vſque ad ſignum Aue Mariæ meridiei, & à primis veſperis, vſque ad finitum completorium: ita vt in tertijs per horam vnam, & in veſperis per horas duas ad minus, teneantur ius reddere, & ſedere vt ſupra, in quo tempore durante non poſſint audiri aduocati. Et hoc niſi dicti iudices, & magiſtratus eſſent impediti ob infirmitatem, vel aliam iuſtã cauſam arbitrio Senatus, excluſis diebus inferius deſcribendis, in quibus curiæ non teneantur, ſalua ſemper diſpoſitione ſtatutorum ſpecialium, quòd certi magiſtratus aliter ſedere dębeant, vel quòd in certis cauſis procedi poſſit in omnibus, vel aliquibus diebus feriatis, & ſaluo quòd actus voluntariæ iuriſdictionis poſſint quandocumque fieri; præter quos dies, vt ſupra excluſos, non poſſit aliquis magiſtratus impedire, neq; ſuſpendere curias, ſed ius reddi poſſit, & debeat, vt ſup.

Dies autem in quibus curię non tenentur ſunt infraſcripti.

Omnes dies Dominicæ.
Omnes dies Sabbati poſt meridiem.
Omnes vigiliæ de præcepto Eccleſiæ.
Dies Sancti Thomæ Apoſtoli vſq; ad Circunciſionẽ Domini incluſiuè.
Dies cinerum cum ſeptem præcedentibus.
Reſurrectio Domini cum diebus quindecim præcedentibus, & ſeptem ſequentibus.
Aſcenſio Domini.
Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus.
Dies Corporis Chriſti.
Dies meſſium, & vindemiarum, hoc eſt à die vigeſima Iulij per totum menſem Septembris incluſiuè.

Utrum attendende sint feriæ loci actoris, vel rei, vel Judicis. V. Acc. de Judic. lib. 2. cap. 5. nº 148. et seqq., Cala de Fer. q. 4. nº 31. 32. V. Bald. in cap. conquestus nº 10. de Fer.

Dies Juridica illa dicitur, quæ observatur in loco Judicij, non autem in loco actoris, vel rei. Voller. prax. Judicial. pº 2. cap. 9. nº 22.

Idem dic de Delegato, qui tenetur servare ferias loci Judicij. V. Ubert. de citat. cap. 13. nº 556, et in alijs locis ibi remissive.

Omnes vigiliæ sunt feriæ ad honorem Dei, vel Sanctorum. Tholosan. in syntagm. iur. univer. lib. 12. cap. 17. § tot.



IN MENSE IANVARII.

Dies 6. feſtum Epiphaniæ Domini.
Dies 17. feſtum Sancti Antonij.
Dies 20. feſtum Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani:
Dies 22. feſtum Sancti Vincentij. Caſsato
Dies 25. feſtum conuerſionis Sancti Pauli. Caſsato

FEBRVARII.

Dies 2. feſtum Purificationis Beatæ Mariæ.
Dies 3. feſtum Sancti Blaſij.
Dies 5. feſtum Sanctæ Agathæ.
Dies 22. feſtum Cathedræ Sancti Petri. Caſsato
Dies 24. feſtum Sancti Mathiæ.

MARTII.

Dies 7. feſtum Sancti Thomæ de Aquino.
Dies 12. feſtum Sancti Gregorij. Caſsato
Dies 19. feſtum Sancti Ioſephi.
Dies 21. feſtum Sancti Benedicti.
Dies 25. feſtum Annuntiationis Beatæ Mariæ.

APRILIS.

Dies 24. feſtum Sancti Georgij.
Dies 25. feſtum Sancti Marci. Caſsato
Dies 29. feſtum Sanctorum Torpetis, & Petri Martiris. Caſsato

MAII.

Dies prima feſtum Sanctorum Iacobi, & Philippi.
Dies 3. feſtum Inuentionis Sanctæ Crucis.
Dies 19. feſtum Sancti Iuonis,
Dies 20. feſtum Sancti Bernardini. Caſsato
Dies 23. feſtum Sancti Deſiderij. Caſsato
Dies 28. feſtum Sancti Germani. Caſsato

IVNII.

Dies 11. feſtum Sancti Barnabæ,
Dies 13. feſtum Sancti Antonij de Padua.
Dies 22. feſtum Sancti Iuliani. Caſsato
Dies 24. feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ.
Dies 29. feſtum Sanctorum Petri, & Pauli.
Dies 30. feſtum Commemorationis Sancti Pauli. Caſsato

IVLII.

Dies 2. festum Visitationis Beatæ Mariæ.
Dies 5. festum Sanctæ Margaritæ. *Cassato ~~transferitur ad 20 Iulij~~*
Dies 7. festum Sancti Siri Episcopi Genuensis. *transfertur ad 7 septembris*
Dies 9. festum Sancti Felicis Episcopi Genuensis. *Cassato*
Dies 22. festum Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Dies 23. festum Sanctæ Brigidæ. *Cassato*
Dies 25. festum Sanctorum Iacobi, & Christophori.
Dies 26. festum Sanctæ Annæ.
Dies 27. festum Sancti Pantaleonis.
Dies 28. festum Sanctorum Nazarij, & Celsi.
Dies 29. festum Sanctæ Marthæ.

AVGVSTI.

Dies prima festum Vinculæ Sancti Petri.
Dies 3. festum Inuentionis Sancti Stephani.
Dies 5. festum Sancti Dominici. *licet Ecclesia celebret festum Sti Dominici die 4, tamen dies 4a non est feriata, bene vero dies 5a ut in Statuto, et ideo anno 1680 … Augusti ad instantiam Ex.mi D. M. Antonij Iustiniani … declaraverunt … sub die 5 Aug.ti*
Dies 6. festum Sancti Sisti. *Cassato*
Dies 7. festum Sancti Donati. *Cassato*
Dies 10. festum Sancti Laurentij.
Dies 15. festum Assumptionis Beatæ Mariæ.
Dies 16. festum Sancti Rochi.
Dies 20. festum Sancti Bernardi.
Dies 24. festum Sancti Bartholomæi.
Dies 28. festum Sancti Augustini.
Dies 29. festum Decolationis Sancti Ioannis Baptistæ.

SEPTEMBRIS.

Dies 8. festum Natiuitatis Beatæ Mariæ.
Dies 12. festum Vnionis Reipublicæ.
Dies 13. festum Sanctæ Crucis.
Dies 21. festum Sancti Mathæi.
Dies 23. festum Sanctæ Teclæ.
Dies 27. festum Sanctorum Cosmæ, & Damiani.
Dies 28. festum Sancti Salomonis Episcopi Genuensis.
Dies 29. festum Sancti Michaelis.
Dies 30. festum Sancti Hieronymi.

OCTOBRIS.

Dies 4. festum Sancti Francisci.
Dies 13. festum Sancti Romuli Episcopi Genuensis.
Dies 14. festum Sancti Lucæ.
Dies 28. festum Sanctorum Simonis, & Iudæ.

NO.

Statutum hoc locum non habet in Iudicio manutentionis, neque in alijs preparatorijs. V. Bare decis. 21. n.º 50.

Hoc statutum non servit pro regula quoad Iudices Delegatos. V. tot. M. De Marinis inter Volant. divers. Io. Peratij vol. 2. fol. 315. Reg. it. Iudicijs summarijs ibid.

Hec clausula referts ad probationes si agats de modico preiudicio, ita ut levis prob.º sufficiat, si vero agats de magno preiudicio refertur ad modum agendi. Bal. in l. 35. ff. ad Cod. Scacc. de commerc. § 7. glos. 3. n.º 3. et de Iudic. lib. 1. cap. 53. n.º 14. Bollon Rota Genue decis. 109.

Clausula suprad.ª non alterat naturam causarum. Palm. Rep. alleg. 11. n.º 14. 16. et ad intelligentiam huius Stat.ⁱ V. in prede. Scacc. de comerc. § 1. glos. 3. n.º 13.

Probatis in processu: presumptiones et coniecture sunt vere, et proprie probationes, adeo ut his dicatur satis factum Stat.º requirenti probationes Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 38. n.º 1. Bertazol. decis. 30. Contrarium tenet Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 15. n.º 44. Vid. disting. Scacc. de commerc. § n.º 33. V. etiam de execut. § 3. cap. 2. q. 50. Non tamen habet locum coram Mag.ᵗᵒ Sup.ᵐᵒ

Producendum: Hec productio debet esse realis, nec sufficit quod sit verbalis. Chartar. decis. 31.

Competentia: quod non obstante pronunciatione facta super dilatorijs affirmative cum clausula salvis iuribus eleccionibus Partium reddatur nullus processus, probata exceptione illegitimitatis personarum vel incompetentie Iudicis. Gratian decis. 41. n.º 6.

Competentia: Si Iudex pronunciet se competentem cum solita clausula citra preiudicium meritorum poterit quandocumque cognoscere de incompetentia ante latam sententiam. Rot. Gen. decis. 23. et 53. et ita retulit Sup.ᵐᵘˢ M. Petrus De Bertarijs in causa Io. Daimarij

Dilatorie oppositie transactis diebus triginta termini probatorij non sunt attendende, ut decisum per Rotam anno 1712 in actis Io. Baptiste Massoni inter Io. Baptistam Ferrum contra Dominum Bordonam.

Hec dilatio videtur posse peti in prima comparitione post ceptum terminum probatorium. Rot. Gen. decis. 111. n.º 10. et seqq. lib. 1.

Dilationem: ubi sint plures conventi, an dilatio uni concessa, alteri prosit. V. pro aff.ᵛᵃ Roger. cons. 2. n.º 114.

De dilatione ad consulendum Doctorem, que dari debeat Proc.ʳⁱ, vel Curatori. V. Mastrill. decis. 116. per tot. Altimar. de nullit. iudic. rubr. 11. q.ⁿᵉ 3. n.º 93. et rubr. 11. q. 10. n.º 1. et seqq.

NOVEMBRIS.

Dies prima feſtum omnium Sanctorum.
Dies 2. feſtum commemorationis omnium defunctorum.
Dies 6. feſtum Sancti Leonardi. Cassato
Dies 9. feſtum Sancti Saluatoris. Cassato.
Dies 11. feſtum Sancti Martini. Dies 21. 9bris festum presentationis B.M.V. [illegible] anni 1614
Dies 25. feſtum Sanctæ Catherinæ.
Dies 30. feſtum Sancti Andreæ.

DECEMBRIS.

Dies 6. feſtum Sancti Nicolai.
Dies 7. feſtum Sancti Ambroſij.
Dies 8. feſtum Conceptionis beatæ Mariæ.
Dies 13. feſtum Sanctæ Luciæ.

De cauſis ordinarijs. Cap. II.

Lites,& quæſtiones audiantur,cognoſcantur,& definiantur,ſummarie ſimpliciter,& de plano, bona fide, ſub vinculo iuramenti, habito ſemper intuitu ad Deum,& ad veritatem negotij, auditis partibus, & ipſarum requiſitionibus, probationibus, & defenſionibus, ſed ſuper actis,& probatis in proceſſu tantum, & hoc per ipſoſmet iudices, ſeu magiſtratus, ad quos ex forma ſtatutorum cognitio earum ſpectat, ſalua ſemper diſpoſitione aliorum capitulorum in contrarium ſpecialiter diſponentium.

In quibus quidem cauſis ſit ſtatutus terminus dierum triginta incipiendorum à die primi præcepti,ipſa die excluſa vtrique parti ad probandum per omne genus probationis,& ad producendum,& oſtendendũ quicquid earum quælibet voluerit. Et ſimiliter declarato,quòd ſi fuerit oppoſitum de incompetentia iudicis,vel de illegitimatione perſonę non incipiat dictus terminus, niſi à die,qua fuerit pronuntiatum ſuper dictis competentia,& legitimatione perſonæ,ipſa die excluſa.

Declarato quòd ſi notarius fuerit allegatus ſuſpectus ad formam capituli de electione actuarij,non incipiat dictus terminus,niſi à die prouiſionis notarij confidentis,vel deſiſtentiæ à ſuſpicione,ipſa die excluſa.

Oppoſitiones autem de incompetentia, & de illegitimatione perſonę fiãt omnino in prima comparitione ſaltem poſt electionem notarij confidentis,vel deſiſtentiam à ſuſpicione de ipſo allegata, & ſemper fiant verbis claris,& expreſſis,& aliter factæ non impediant proceſſum,neq; valeant,ſed reputentur,ac ſi factæ non fuiſſent.

Si conuentus alieno nomine,ſeu de geſtis per alium,qui eſſet extra diſtrictum petierit in prima comparitione dilationẽ deforis informatoriã, nominando aliquam perſonam à qua ſe informare velit, & locum in quo exiſtat, debeat dicta dilatio concedi, iurante tamen eo,qui petit quod

quod illam bona fide,& ad ſe informandum non per calumniam, nec animo diferendi petit; ſed poſſit Magiſtratus illam denegare ex aliqua iuſta, & probabili cauſa arbitrio ſuo; Et ſi eam concedere voluerit id facere poſſit,habita ratione diſtantiæ loci,calculatis milliarijs viginti pro quolibet die, & additis vſque in triginta diebus, vt ei videbitur, dummodo tamen non excedat menſes ſex.

Sed declarato quòd in caſu petitæ dilationis prædictæ, terminus probatorius incipere debeat à die finitæ dictæ dilationis, vel à die, qua eſſet pronuntiatum dictam dilationem non eſſe concedendam.

Atque etiam Declarato quòd finita dicta dilatione,ſeu facta pronuntiatione eam non eſſe concedendam,poſſit in prima comparitione allegari notarius ſuſpectus, niſi antea fuiſſet allegatus; & facta de eo prouiſione,poſſit etiam in prima comparitione opponi incompetentia iudicis,& illegitimatio perſonæ in omnibus, vt ſupra, quo caſu terminus probatorius incipiat à die prouiſionis notarij confidentis,deſiſtentię à ſuſpitione,declarationis competentiæ,& legitimationis perſonæ vt ſupra dictum fuit reſpectiuè.

Durantibus autem primis quindecim diebus termini probatorij poſſint partes, & vtraque earum petere dilationem deforis probatoriam pro examinandis,& producendis teſtibus, & etiam pro producendis ſcripturis,dum tamen ille,qui eam pro teſtibus examinandis petierit, iam produxerit,vel ſimul,& ſemel producat capitula probatoria, ſuper quibus teſtes examinari petuntur,& iuret ſe credere poſſe probare plenè, vel ſemiplene ea,quæ in titulis per ipſum depoſitis continenrur;& ille qui pro producēdis ſcripturis petierit,iuret ſe credere poſſe habere inſtrumenta,aut ſcripturas,pro quibus dilationē petit, & dummodo exprimat nomina,vel pręnomina teſtium,vel tales circunlocutiones,per quas conſtare poſſit de perſonis eorum,qui producendi ſunt in teſtes; & ſimiliter nomina eorum à quibus ſcripturas, vel inſtrumenta reſpectiuè habere velint,niſi iurarent ſe nomina,prænomina, & circunlocutiones,de quibus ſupra,non habere in promptu, quo caſu non teneatur illa exprimere, & dilatio ſic petita cōcedi debeat per illud tempus, quod magiſtratui videbitur ſecundum locorum diſtantiam; ita tamen quod pro locis in Italia non poſſit excedere mēſes ſex,& pro locis extra Italiam annum vnum,& iam conceſſa poſſit ſemel tātum per ipſum magiſtratum prorogari per tempus, quod ei videbitur, dum tamen non excedat tertiam partem temporis conceſſæ dilationis, ſaluo ſemper non obſtantibus prædictis, quod ſi magiſtratui videretur dilationem deforis probatoriam per euidentem calumniam peti,poſſit,& debeat magiſtratus eam denegare.

Si ad inſtantiam alterius partium dilatio cōceſſa fuerit,poſſit altera pars vti beneficio eiuſdem dilationis, ſi intra tempus dierum triginta termini probatorij hoc expreſſerit,& iurauerit, & alia obſeruauerit, quæ vt ſupra in petitione dilationis ſeruanda ſunt; quo caſu dicta dilatio ſit etiam communis dictæ alteri parti.

Durante dilatione teſtes nominati pro ea impetranda, vt ſupra produci,

& exa-

Opponi incompetentia. Utrum sufficiat allegatio incompetentie in p.ma comparitione si exinde fuerit contestata dilatio de foris in informatoria, sed debeat opponi in p.ma comparitione post finitam 1.am dilationem. Rot. Sen. decis. 163. n.o 1. et seqq.

Nec possint) hoc statutum non excludit probationem [illegible] confessionem partis [illegible] sicut consuetudo [illegible] volum. 5. extra de probat. et in rubr. [illegible] tit. colum. ultim. et post eum ac alios [illegible] Marii [illegible] 13. nº 9.

Instrumentorum) utrum veniat scriptura privata in iudicio recognita. Testes legitime examinati [illegible] que [illegible] stat.º de appellat. § in causis appellationum.

[illegible]iter) hec dispositio censetur habere locum in aliis causis, puta de elevatione Canelle de [illegible] compromissi mandatorum et licentiarum, et aliis [illegible] consequenter in aliis repetita. Bart. in l. Praetor. § etsi que versic. 3º casu. ff. in bon. rapt. quem sequuntur Magon. decis. florent. 105. nº 18. optime Alex. cons. 50. [illegible] fin. lib. 2. Bosc. cons. 210. nº 1. [illegible] cons. 291. nº 15. ubi fuit dictum in elevatione tinelle, licet procedatur sine strepitu, et figura iudicii. V. caputaquen. decis. 35. [illegible] tot. et ita fuit processum in elevatione canella coram [illegible] in actis [illegible] Gaetii Not. anno 1590. 15. [illegible] inter [illegible] [illegible] 17. nº 2. versic. quod enim agitur)

Ut signari) Signatura processus seu quod idem est conclusio in causa ad terminos [illegible] est de forma substantiali, [illegible] illa omissa vitiatur processus et sententia. V. [illegible] [illegible] 71. nº 11. [illegible] in nullit. rubric. [illegible] nº 2. et seqq. Suarez [illegible] in pract. tom. 1. [illegible] 10. Acevedo ad LL. Hispan. lib. 4. tit. 17. l. 10. nº 3. [illegible] facit [illegible] decis. 100 nº 3. p. 2. [illegible] Hoc statutum infra rubr. quomodo [illegible] § final. et est de substantia si iuxta [illegible] loci [illegible] [illegible] lib. 7. [illegible] nº 14. et [illegible] omnino in terminis consimilis statuti V. [illegible] [illegible] Hispan. lib. 3. tit. 11. L. 3.

Per citationem in causa non conclusum. Marilian. decis. 39. nº 4.

In causa conclusum dicitur expirato termino probatorio, et reprobatorio. in puncto huius stat. [illegible] praeparat. [illegible] 2. praeparat. 16. nº 106.

& examinari poſſint, etiam tranſactis diebus triginta termini probatorij tàm in præſenti ciuitate in actis actuarij, quàm deforis, ſiue in locis nominatis in conceſſione dilationis, ſiue alibi ſuper titulis, & interrogatorijs tranſmittendis per magiſtratum cum eius litteris, & non aliter, concordato de iudice, & notario, vel facta prouiſione per magiſtratum, ſi concordatum non fuerit; teſtes verò non nominati non poſſint produci, nec examinari alibi, quàm in locis conceſſæ dilationis, & teſtificationes deforis faciendæ, atque ſcripturæ producendæ, vt ſupra; debeant etiam durante dilatione produci, ſeu præſentari in actis cauſæ coràm magiſtratu; aliter non ſeruiant.

Si durante dilatione deforis probatoria, qui eam petierit, & qui declarauerit velle vti beneficio illius, non probauerit plenè, vel ſemiplenè contenta in titulis, vel ſaltem dimidiam partem eorum, pro quibus dilationem petierit, ſiue per teſtes, ſiue per ſcripturas, teneatur ſtatim finita dilatione ſoluere alteri parti expenſas in cauſa factas, quas reſtituere exigens non teneatur, etiam ſi in cauſa ſuccumberet; & vlterius ipſe dilationem petens, & non probans, vt ſupra ſoluere debeat nomine pœnæ vna cum impenſis alteri parti ſolidum vnum pro quacumq; libra quantitatis, vel æſtimationis rei petitæ, & magis ſoluere teneatur cameræ Reipublicæ libras decem vſq; ad centum arbitrio Procuratorum Reipublicæ.

Non poſſint ſaluis præmiſſis fieri aliquæ probationes, neq; exhibitiones inſtrumentorum, & ſcripturarum niſi durante termino dictorum dierum triginta, neque beneficio reſtitutionis in integrum, neque alio quouis, niſi tantummodo quòd ante ſententiam definitiuam, & intra alios dies triginta immediatè ſecuturos finito termino ꝓbatorio, & dilatione probatoria, ſi conceſſa fuiſſet, poſſint exhiberi inſtrumenta, & ſcripturæ publicæ, dummodo ille, qui exhibere voluerit, iuret non celaſſe, ſeu tacuiſſe dicta inſtrumenta, & ſcripturas publicas malitiosè, nec calumniosè, nec fraudolenter; quo caſu exhibitionis poſſit altera pars inſtrumenta, & ſcripturas publicas exhibitas reprobare, & etiam probationes quaſcumque voluerit contra illas, ſeu contenta in eis facere intra dies decem immediatè ſecuturos ab exhibitione facta, & notitia de ea habita; intra quos dies decem poſſit etiam exhibens probationes facere ad comprobandum exhibita, & contenta in eis.

Et ſimiliter publicatis teſtibus poſſint partes intra dies decem immediatè ſecuturos à publicatione reprobare dicta, & perſonas teſtium contra ſe productorum reſpectiuè, pro vt à iure permittitur, & producentes facere probationes ad comprobandum perſonas ipſorum teſtium, nec detur vlterius reprobatio, aut comprobatio.

Tranſacto termino probatorio, & in cauſis, in quibus conceſſa fuerit dilatio deforis probatoria, ea finita, tranſactoq; termino reprobatorio, & & termino dato ad exhibendũ ſcripturas publicas, vt ſupra, proceſſus compleri, & ſignari debeat per actuarium cum appoſitione inuentarij exhibitionum in cauſa factarum citatis, ſeu admonitis partibus ad videndum ſignari proceſſum, & de mandato iudicis, nec vlterius ſaluis præmiſſis

præmiſſis fieri poſſit aliquis proceſſus, neq; factus etiam ex officio magiſtratus valeat præter ſententiam, & interlocutorias, quæ fieri poſſint quandocumq; vt infra, durante tempore inſtantiæ, de qua in capitulo ſub rubrica de inſtantijs, & temporibus. Declarato tamen, quòd etiam poſt tempus probatorium deferri poſſit iuramentum in ſupplementũ probationis, & in litem, ſi fuerit petitum intra tempus probatorium, & fieri viſitatio, & deſcriptio loci, ſi fuerit in termino probatorio petita.

Super allegatione autem ſuſpicionis notarij, ſuper oppoſitione incompetentiæ, & illegitimationis perſonæ, & alijs exceptionibus dilatorijs, & ſuper emergentibus, ac incidentibus teneatur magiſtratus prouidere, & pronunciare inſtantibus partibus, ſeu altera earum, intra dies octo à die oppoſitionis, & exceptionis factæ, ſub pœna periurij, & librarum viginti quinque ab eorum quolibet exigendarum tẽpore ſyndicatus, ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam cuiuſuis partium; à quibus prouiſionibus non poſsit reclamari, nec appellari, ſaluo tamen beneficio capituli de melioranda ſententia, & de ſententiarum firmitate.

Teneantur etiam magiſtratus prædicti terminare omnino, & definire cauſas, & quæſtiones ad requiſitionem partium, ſeu alterius earum intra tempus inſtantiæ, ſaluo impedimento infirmitatis, ſub pœna periurij, & ſub pœna ſoluendi cameræ Reipublicæ duo pro quolibet centanario quantitatis, aut æſtimationis rei petitæ; quæ tamen pœna non poſſit eſſe minor libris viginti quinque, nec maior libris quingentis pro quolibet iudice; ſed ad ipſas ſummas reſpectiuè intelligatur aucta, & diminuta, ſi minor vel maior ad dictam ratam exigi deberet; quę pœna parti petenti expeditionem applicata intelligatur.

Probationes, & ſententiæ quæcumq; tàm interlocutoriæ, quàm definitiuę fieri debeant parte citata, & ſeruata forma ſtatutorum, niſi aliter in ſpecie per ſtatuta diſpoſitum eſſet.

Nõ poſsint magiſtratus audire aduocatos ſiue in contradictorio, ſiue nõ, niſi ſuper interlocutorijs ſemel tantùm pro qualibet, & in cauſis principalibus quantumcunque grauioribus per tres vices ad plus, ſub pœna ſyndicamẽti reſpectu magiſtratus, & reſpectu aduocati, & clientuli ſub pœna librarum decẽ pro quolibet, & qualibet vice parti applicata.

Iudices legum periti teneantur dare dubia parti petenti; dum tamen illa petat intra biduum, dato primo præcepto ad audiendum ſententiam; & poſtquàm petens illa habuerit, vel poſita fuerint penes notarium ad notitiam dicti petentis pro eis ipſi dandis, reſponſio debeat dari intra dies octo immediatè ſecuturos; alioquin iudices poſsint procedere ad expeditionem cauſæ, nec amplius dubia dare, nec reſponſiones expectare teneantur.

De cauſis executiuis. Cap. III.

INſtrumenta publica confecta ſiue intra, ſiue extra dominium continentia quantitatem pecuniæ, ſeu habentia relationem ad inſtrumentum quantitatem pecuniæ continens, & legata ſeu teſtamenta continentia

Alijs exceptionibus § Super huiusmodi exceptionibus Iudex tenetur pronunciare, antequam ad ulteriora progrediatur. V. Athaldyr. de cultit. iudic. rubr. 13. p.te 13 per tot. Veladissart. 41. n.o 123. ad 127. lib. 2.
Si apparaverant calumniose proposite non tenetur Iudex super ipsis pronunciare V. Cashil. decis. 92. per tot. Gius. decis. 36. n.o 10.

Reclamari nec appellari § est intelligendum, summodo gravamen possit in definitiva reparari aliter datur appellatio. Sord. decis. 86, et ibi addit. n.o 1. 2. 3. Giurb. decis. 51. n.o 8.

Partium § pars in Iudicijs que dicatur. Ut representant a Sup. Baron. lib. C. conclus. Stat. fol. 191. sub litt.ra C. tom 3.
An partis appellatione veniat procurator. V. Ubertin. de citat. cap. 13. n.o 362. et V. infra de interdict.

Parti § Pars in Iudicijs que dicatur V. Monteren. ad Stat. Bonon. lib. 6. conclus. statut. sub litt.a C. tom 3.
An Partis appellatione veniat Procur. V. Ubertin. de citat. cap. 13. n.o 362, et V. infra de interdict.

Parte citata § citatio an sit de forma ita ut per Partis vel Procuris presentiam suppleri nequeat. V. pro affirmat.a Cataneg. ad Stat. de Decret. in princip. n.o 30. et seqq.
Contrarium V. apud Lepid. decis. Lucen. divers. decis. final. versic. quoad nullitatem, Zuccur. decis. Lucen. 22. sub n.o 9. et n.o 10, Chartar. decis. 12. n.o 8. et seqq., Belmont. decis. 112. n.o 6. cum pluribus seqq., et Servi per tot. facit Armenzan. decis. 13. n.o 2.
Sard. 1. 2. sub tit. 12. n.o 2.
De dandis dubijs et formandis in causa. V. Fontanell. decis. 461. per tot.

Dare dubia § In dandis dubijs multum prevalet consuetudo regionis. V. Pellegrin. prax. p.te 12. sect. 1. sub tit. 12. n.o 2.
De dandis dubijs et formandis in causa. V. Fontanellam decis. 461. per tot.

Hoc statutum concernit Ordinatorie Paveth. cons. 101, Borz. decis. 41. per tot.
Contra V. Mascard. de Stat. Interpret. conclus. 7. n.o 61. in fin.
✝ Vid. Iachin. lib. 3 controv. cap. 96. — Executio peti potest pro interesse sig.re instri, in quo sit promissum simpliciter factum, si promissor sit in mora. Bellon. de Mercat. d.o 11. n.o 42. et etiam peti potest pro ijs, que virtualiter insunt in d.o instro Gratian. cap. 222. n.o 23. et seqq., Rubinell. pract. p.te cap. 10. plene.
✝ Hoc statutum intelligendum est de instris liquidis Alex. cons. 119. vol. 1. Surd. decis. 316.
Si Instrum exigat extrinsecam probationem Testium non habet executionem paratam. Rot. decis. 54. n.o 40. ut 41. p.te 11. Lucen.
Nemo potest uti hoc remedio executivo, si agat contra 3.um possessorem Ancharan. Iun. q.e 22. n.o 1 p.te 10
neque contra 3.um qui se opposuit pro suo interesse. Ricci pr. prat. p.te 3. cap. 1. n.o 38.

Decisio
Tertius qui petit citari in causa executiva non est citandus neque audiendus ita Sup.te Sindic. in causa Io. Aug.ni Marenghi cum Malcona ex fol. actor. 1598. cart. 138.

~~Decisio~~
In causis executivis conceditur dilatio de foris informatoria, prout in causis Ordinarijs. V. sup.ra in tit. de caus. Ordinar. in marg.e § 12. convenius

Intra tempus decem annorum — Instrum in quo promissio solvendi, quandi ad requisitionem creditoris potest exequi etiam elapso hoc tempore Casanov. cons. 39. Benic. D. Nov. ninum.

An hi decem anni possint per partes ampliari vel restringi vid. Azevedo ad constitut. Hisp. lib. 2. tit. 15. l. 6. nº 19. et Gutierez pract. quaest. revocatio nemo potest ff. de legat. 1. nº 475. et seq. Lopez tertia partida tit. 19. in l. 1. in princip.

Exequi — sufficit executionem proponi et peti intra decennium et terminari etiam elapso decennio quia per talem prosecutionem instri et executionis petitione interrumpitur praescriptio statuto Bart. cons. 136. Gomez et Silvalez decis. 40. p. tot.

Decennium de quo in hoc stat.º non praescribit si intra illud sequatur citatio, debet enim ab hoc rursus inchoari aliud decennium Perez obs. 30. nº 9.

Quod continet — Executiva via non solum competit pro litteraliter contentis in instro sed etiam pro iis quae virtualiter et necess.º ex natura contractus vel ex dispone legis veniunt. V. omnino Barz. decis. 16. nº 46, Mans. consult. 141. nº 2. et p. tot.

Contra Sion. cons. 30. nº 1. Pasin. allegat. 14. Alvarad. controv. 28. nº 63. et seqq. Deciano consil. nº 20. ubi dicit non habere locum ea, quae tacite veniunt in instro.

An possit postulari executio contra eum qui promisit solvere aliquam summam in pluribus pagis, si una deficiat, sicuti potest pro ... in puncto ... cons. 20. p. tot. Barz. decis. 16. nº 36. et seqq., Molignan. altercat. 10. nº 27.

Per creditorem in eo nominatum — Persona nominata ab eo qui emit vel alio titulo acquisivit nomine exercendo ... nominata in instro acquisitionis ... potest exequutionem petere pro ... primo instro ita decisum Rotam Sen. 1313 die 2. Xbris in actis Not. Dom. Dexte inter DD. Virginiam Vincilam Ferreria ex una et M. Fran.cum Cavelana ex altera in qua ... ibi locum vindicare et dic. 9. d. ... in decretis.

Cessionarius an uti possit hoc stat. V. Rota ... cap. 145. nº 2. 5. et seqq. et Barbos. in l. post dotem 21. ... nº 33. ff. solut. matrim.

Nulla — An non obstante sententia ... nullitate contractus coram Iud. Ord. possit peti executio coram Iud. causarum ... affirmative decisum p. Rot. ... Chartar. decis. 113.

Si appareat — in verbum exigit claras et concludentes probationes l. duo sunt ff. de testam. Menoch. de adipisc. ... nº 652. Marat. de caus. execut. ... 4. nº 307. Mans. consult. 181. nº 11. 12. ubi im planete Statuti.

Apoca secundum usum communem habet executionem paratam V. Marat. de caus. execut. cap. 10. nº 1 et seqq. Mansin. de caus. execut. ... 3. nº 36.

Appodixia trium testibus munita habet vim publici instri de iure sed ex decreto Serenissimorum Reg.rum 1569. 12. Julii ad hoc ut appodixia habeat hypotecam opus est ut testes sint nominati in d.ª appodixia. Si tamen fuerit probata substantia appodixiae per duos testes habet hypotecam et vim publici instri.

Confectionem non transiverint anni decem — Si appodixia esset in diem, quod isti anni decem incipiant a ... die vid. Recus. comment. in constitut. ... tract. ... 11. nº 3. V. Maynard. decis. 68. lib. 3, Corn. cons. 125. nº 7. lib. 4.

Scriptam seu subscriptam p. aliquem — subscripta a ... de mandato vel a ... debitoris utrum valit exequi. V. ... ad Stat. Urb. cap. 83. nº 8. Constantin. ad Stat. Urb. annot. 11. nº 4. et 5. qui tamen sequuntur ... stat.º ordinante executionem contra scribentem vel subscribentem non vero prout nostrum contra debitorem

tia quãtitatẽ pecuniȩ; Et ſententiæ cõprehenſis ẽt laudis arbitrorũ,& arbitratorũ cũ cõpromiſsis continentes pecuniã numeratã; & inſtrumenta,legata teſtamẽta,& ſententiæ ut ſupra continentes bona mobilia,uel immobilia, uel incorporalia,poſsint intra tẽpus decẽ annorum à die,in quo aduenit tẽpus petendi,ſeu conſequẽdi, quod cõtinetur in dictis inſtrumentis,legatis,ſeu teſtamẽtis,& ſententijs, exequi, & eorũ executiones poſtulari per creditorẽ in eis nominatũ,per eius hȩredem, per habentẽ cauſam ab eo,& per perſonã legitimã pro eis,& eorũ quolibet contra debitorem in eis nominatum, & hȩredem, & ſucceſſorem uniuerſalem,& legitimam perſonam pro eis, & eorũ quolibet, uel hȩreditate,aut lite; & hȩc iurãte ipſo actore in dicta executione, ſeu eius poſtulatione de calumnia, & promittente, ac idoneam fideiuſsionem præſtante de reſtituendo omne id, quod indebitè fuiſſet conſecutus, unà cum dãnis,impenſis,& intereſſe,& cum pœna triginta triũ pro centenario; Et ſeruatis prædictis teneantur magiſtratus, facto præcepto ad reſpondendum executioni intra dies decem,& citato intra eos non reſpondente dictam executionem expedire,& licentiam,ſeu mandatũ concedere; dum tamen petens executionem prius obſeruet, ſeu obſeruaſſet,quæ pro ſui parte obſeruare tenebatur ex forma inſtrumenti, legati,teſtamenti,ſeu ſententiæ exequi poſtulatæ.

Intelligantur tamen excluſa à præſenti ſtatuto inſtrumenta pro pœna, quam continerent,pro qua pœna exequi non poſſint,præterquam pro pœna pacis,& pro pœna taxata ratione intereſſe conuenti, & promiſsi in pecunia numerata in defectum obſeruationis principaliter promiſſorum, pro quibus poſſint etiam inſtrumenta exequi,vt ſupra.

Et hæc dummodo dicta inſtrumenta, teſtamenta, & ſententiæ non ſint nulla;.& intelligantur,quantum ad ea,quæ continentur in præſenti ſtatuto, nullæ, ſi appareat deficere aliqua ex ſolemnitatibus,quæ ex forma ſtatutorum fieri requiruntur in eorum confectione, vel ſi appareat obligationem, de qua, vel ſuper qua fuerint confectæ,vel compoſitæ, eſſe de iure nullam.

Quando de aliquo debito conſtiterit per appodiſiam ſcriptam, ſeu ſubſcriptam per aliquem,poſt cuius appodiſiæ confectionem non tranſiuerint anni decẽ,poſsint dictæ appodiſiæ priuatȩ per creditorẽ,vel legitimã perſonã pro eo,peti exequi contra debitorẽ,vel eius ſucceſſorem vniuerſalẽ,vel reprȩſentantẽ perſonã ipſius obligati;dũmodo ipſe creditor,ſeu actor præſtet idoneam fideiuſſionem de reſtituendo debitori, ſeu conuento omne id, de quo ipſe actor indebitè conſecutus fuiſſet ſolutionẽ vigore dictæ appodiſiæ,vnà cum omnibus dãnis,expenſis,& intereſſe,& pœna triginta triũ pro centenario. Et teneãtur magiſtratus concedere prȩceptũ ad inſtantiã creditoris cõtra debitorẽ quod intra dies decẽ debeat ſoluiſſe,& ſatisfeciſſe contenta in appodiſia ipſi creditori; quibus tranſactis,& citato non reſpondente intra eos, teneantur magiſtratus expedire executionem,& licentiam,ſeu mandatum concedere, dummodo per actorem,ſeu creditorem obſeruata fuerint, quæ pro ſui parte veniunt obſeruanda virtute dictæ appodiſiæ.

In causis locorum, & pagarũ comperarum S.Georgij, & in causis mutui pecuniæ numeratę, de quibus locis, & pagis constaret per instrumentũ publicum, vel de quibus locis, pagis, & mutuis pecuniæ numeratę constaret per extractũ cartulariorũ comperarũ sancti Georgij, vel alterius cartularij comperularum Reipublicæ à publico notario scripti, in quo, respectu mutui fiat expressa mentio de mutuo, & pro quibus locis, pagis, seu mutuo cesserit, & venerit dies solutionis, teneatur magistratus facere præceptum ad instantiã creditoris, seu actoris, debitori, seu reo conuento, vt intra dies decem debeat soluisse debitũ, seu summã contentam in instrumento, seu extracto; & lapsis dictis diebus decẽ, citato non respondente, factaque promissione per creditorẽ, & præstita fideiusione idonea de restituendo quicquid exegerit, & consecutus fuerit indebitè, cum omnibus damnis, interesse, & impensis, ac pœna triginta trium pro centenario, teneantur dicti Magistratus executionem expedire, & licentiam expeditam concedere contra debitorem.

Citatus, qui respondere voluerit intrà dies decem, vt supra respectiuè assignatos, non admittatur ad respondendum, nisi prius, vel saltem vnico contextu fideiusionem idoneam præstiterit de soluendo, vel obseruando petenti executionem, contenta in ea, & de stando iuri in ordinatione magistratus, aut de præsentando ad mãdatum iudicis personam dicti respondentis vsque ad solutionem inclusiuè, ad quam satisdationem non teneatur respondens, si in carceribus stare voluerit, nec etiã ad dictam satisdationem cogantur illi, qui alieno nomine erunt conuenti, comprehenso tamen ad dictam fideiusionem præstandam hærede, sed saluo ei beneficio inuentarij.

Non posit respondere volens, etiam obseruatis prædictis, aliquid opponere, nec aliquam exceptionem facere nisi solutionem, vel satisfactionem etiam per viam compensationis, vel quitationem, aut remisionẽ per instrumentum publicum, vel aliam scripturam publicam, vel per extractum cartulariorum sancti Georgij, vel aliarum comperularum Reipublicæ, vel per scripturas priuatas creditoris, vel appodisiam scriptam, aut subscriptam per creditorem.

Posit etiam seruatis prædictis allegare notarium suspectum, opponere incompetentiam iudicis, & illegitimationem personæ postulantis executionem in prima comparitione, & in omnibus, pro vt in præcedenti capite de causis ordinarijs dictum fuit; quo casu fieri debeat prouisio notarij ad formam statuti de actuarijs, sed pronuntiatio super competentia, & illegitimatione personæ posit reseruari una cum sententia.

Respondente citato (seruatis prædictis) & oponẽte aliquã ex dictis exceptionibus intelligantur, & sint asignati alij dies decẽ numerãdi immediatè à dictis primis decẽ diebus actori ad legitimandã excusationem, & reo ad probandum exceptiones, quam tamen probationẽ facere non posit, nisi per confesionem actoris, uel per exhibitionem instrumenti; aut scripturæ publicæ, uel extracti cartulariorum sancti Georgij, uel aliorum manu publici notarij scriptorum, aut per exhibitionẽ appodisiæ, uel alterius scripturæ priuatæ scriptę, uel subscriptę,

pre

Instrum. ista instrumenta possunt exequi etiam lapsis annis 10. q.ᵉ Statutum non limitat tempus

Decisio
Dies decem sibi esse currentes et responsionem debere fieri in die Iuridico Iudicavit Rota nostra in causa M. Pauli Fra.ˡ Doria contra M. Serra in actis Aug.ⁿⁱ Gabelle 1620. mense Iulij –

Fideiussionem. Fideiussore an teneat conventus ad [illegible] istius Stat. si tractetur de personis que carcerari non possunt. V. Venturin. cons. 36 n.º 62. et 63. et V. etiam de filiofam. Saminiat. controv. 65. n.º 22. et controv. 66. et 67. per tot.

Fideiussor prestitus a reo ad formam istius Stat. poterit allegare nullitatem sententie late contra principalem pro quo fideiussit. Vincen. de [illegible] florent. 27. n.º 33.

Obtenta sententia contra principalem quomodo executioni mandetur contra fideiussorem in terminis huius Stat. Venturin. cons. 36. n.º 63. lib. 1.

[illegible] et opponi nullitas instrumenti et sententie. Roman. cons. 272. [illegible] et [illegible] dummodo.

Utrum opponi possit, quod debitum sit sine causa. negative. Alex. cons. 2. n.º 11. lib. 1. additionator tamen impugnat ibi –

Accessit [illegible] executio deducta recepta v. Allegat. infra in cau. de [illegible] et form. faciend. execut. §. et ideo. Saminiat. controv. 65. n.º 32. et 22. et controv. 66. 67. Venturin. decis. 29. n.º 15.

Exceptio non impedimenti [illegible] potest opponi. Panimoll. decis. 164. n.º 30. tom. 3. Massard. de Interpret. Statut. conclus. n.º 56. 57. et [illegible] [illegible] impediuntur.

Exceptio rei non tradite opponi potest etiam in executivis. [illegible] decis. n.º 1. et decis. 82. [illegible], Alex. cons. 112. [illegible] lib. 6. et V. etiam Massard. de Stat. interpret. conclus. [illegible] n.º 56. 57.

Exceptio simulationis contractus an possit opponi. Bart. In l. 1. §. et parvi [illegible] quod vi, aut clam [illegible] quod [illegible] Milanes. [illegible] decis. 13. [illegible] Merlin. decis. 212. per tot. [illegible] Genuen. divers. [illegible] Parlador. rerum quotid. [illegible] cardinal. [illegible] n.º 12. [illegible] [illegible] de mandat. [illegible] n.º 1. et 2. [illegible] decis. 57. n.º 2. Massard. contra [illegible] alleg. 300. n.º 100. lib. 2. [illegible] de mandat. [illegible] 63. n.º 1. et 8. [illegible]

Poterit Debitor excipere debitum esse conditionale, et conditionem non [illegible], tam etiam contra [illegible] fideiussione. V. Andrea. controv. 140. per tot. et V. super Stat. [illegible] Allegrad. [illegible] cons. 33. n.º 5. et seqq. [illegible] decis. 212. n.º 1. et decis. 265. [illegible] addit. in [illegible] Cartar. decis. 29. n.º 3. Milanes. decis. 15. n.º 11. 12. et seqq.

In [illegible] instrum. [illegible] 2. n.º 309. et seqq.

Exceptio notorie falsitatis impedit execut. instri. [illegible] de process. p.ᵉ 2. cap. 1. n.º 140.

Allegatio Notarij de suspecto an suspendat terminum a Stat.º assignatum ad respondendum. Vid. Cart. decis. 66. per tot. pro affirm. Armenian. decis. 11. n.º 117.

Illegitimationem. An illegitimatio persone tam actoris, quam rei possit probari post elapsum [illegible] die quod non, et intelligitur si pars non patiatur fieri probationem [illegible] [illegible] inter mora [illegible] [illegible] de Senten. et re iudic. Giurb. decis. 2. n.º 1.

Ita fuit practicatum 1624. 9. Martij per M. [illegible] in actis [illegible] Innocentij [illegible] in causa M. Baldassaris [illegible] contra Jacobum [illegible] eius filij absentis.

Pro contraria. V. Manent. decis. 63.

Huiusmodi tamen probationes debent in hoc casu esse liquide et concludentes alioquin [illegible] [illegible] probationes [illegible] V. Rot. decis. 255. n.º 3. et seqq. [illegible] 14. [illegible]

Alij dies decem. Utrum sit necessaria reproductio documentorum in [illegible] decem dierum. Negat [illegible] decis. 51. n.º 6. ubi reus fuit a principio citatus ad videndum exhibita, [illegible] [illegible] copiam.

Ita fuit observatum [illegible] anno 1610. Et in [illegible] eadem causa [illegible] decisum per DD. [illegible] non [illegible] [illegible] intentato anno 1611. et iterum decisum 1609. per eosdem [illegible]. Vide [illegible] in hoc §. ibi [illegible] [illegible] maiori [illegible] de [illegible].

Nota q.ᵈ facta responsione die [illegible] vel [illegible] [illegible] 10. diebus [illegible] a Stat.ᵒ assignatis non expectato lapsu totius temporis [illegible] primorum 20. dierum. [illegible] cons. 110. n.º 2. [illegible]

Dilationem sufficit qd dicta dilatio petatur intra dies 10. qa deinde potest concedi durante instantia causa, ut ita servatur in curia nostra.

Pronunciare an hec pronunciatio utrum sit sententia defva que terminet iudicium et negative Armenzo decis. 6. per tot. et melius Venturin. cons. 56. per tot. ubi pulchre.

Contrarium Beriell. cons. 13.

Executionem expedire et hoc casu Judex dicitur merus executor. Bald. in addit. ad specul. relat. per Roland. a Valle cons. 59. sub nº 2. lib. 1.

et ideo non potest expediri executio iuxta liquidationem faciendam. Venturin. decis. 49. nº 12. lib. 2.

et ab huiusmodi expeditione non datur meliorat. V. Armenzun decis. 6. nº 9. Ita fuit decisum per Rotam Ancon. anno 1631. 10. Aprilis. Idem per supmos Syndic. anno 1640. V. in meo Casanova magis distincte hec exempla sub hoc §.

Exemplum

Quod in istis causis dicta dilatio reputatur informatoria fuit decisum per Rotam in causa proposita 1658. de mense Junij, vigintium Berlengerius contra D. Andream Bomannum in actis D. Io: Baptiste Cavagnini. Item in alia proposita per D. Franciscum Cechettum contra D. Capitaneum Sanctem Florenum in D. Franci. Mase Ferrarij anno 1653. q. Ibidem et dilatio concessa 3. Januarij 1652. in actis Antonij M. Tagliafichi

Exemplum

Quod dicta dilatio sit probatoria, ita in causa Christophori Dortsmbach contra D. Bastian Borelli anno 1642 in actis Lazari Bamdironi coram Rota. Item per eandem Rotam anno 1652. 22. Aprilis. In causa M. Caroli Imperiali contra M.ni. Fideicom. D. Jo. Baptiste Duratij in actis Vincentij Gamberi

per creditorē, ſeu actorē, vel illū ex cuius iure, vel ꝑſona peteretur executio; quæ ſcripturæ priuatæ verificentur vel per recognitionem actoris, vel per teſtes intra tempus prædictum, ſaluo quòd ſi durantibus dictis diebus decem actor petierit dilationem ad probandum, detur denuo terminus tam actori, quam reo ad probandum in omnibus vt ſupra; & finita dicta dilatione, ſeu termino teneantur magiſtratus pronuntiare vtrùm ſuper petita executione pręſens capitulum vendicet ſibi locum vel ne, & exinde ſi cognouerit vendicare, dictam executionem expedire non obſtantibus prædictis, & alijs exceptionibus nullitatis, falſitatis, remiſſionis, ſolutionis, quitationis, niſi vt ſupra, & alijs quibuſuis, quæ dici ſeu excogitari poſſint.

Declarato quod nō obſtantibus prædictis poſtulans executionē, ſeu ipſo abſente, eius procurator teneatur reſpōdere ante expeditā executionē interrogationib. ꝑ ſtatuta fieri permiſſis, quas citatus fecerit in tēpore probatorio, ſeu dilationis ſuꝑ aliqua ſolutione, quitatione, ſeu remiſſione ſummæ cōtētę in executione, ſeu partis; quo caſu de eo, q̄d executionē poſtulans in dictis reſponſionibus confeſſus fuerit ſolutionem habuiſſe, aut quitationē, vel remiſſionē feciſſe, non expediatur executio.

Et Declarato, quòd reſpondere debens interrogationibus vt ſupra, poſſit etiam antequam reſpondeat, eas videre, ſed teneatur reſpondere ad primum præceptū; & ſi in prima reſpōſione non reſpōderit ſatisfactorie intelligatur negaſſe, vel confeſſus fuiſſe ad vtilius interrogantis.

Qui pro obſeruatione huiuſmodi executionum coactus fuerit aliquid ſoluere, & intra terminum quinque annorum incipiendorum à die factæ ſolutionis probauerit inſtrumentum falſum, ſeu ſummam, vel obligationem ſolutam, vel remiſſam, poſſit tàm ab eo, qui executionem poſtulauit, quàm à fideiuſſore repetere ſolutum, & triginta tria pro quolibet centenario ſummę ſolutę; & vbi coactus fuiſſet rem mobilem, ſiue immobilem tradere in caſu prædicto poſſit repetere rem, vel ea non extante, pretium quanti plurimi, & triginta tria pro quolibet centenario dictæ æſtimationis, ſi verò fuiſſet detentus vel foreſtatus, vel aliquid feciſſe coactus, poſſit petere damna, impenſas, & intereſſe probanda legitimè per eius iuramentum, dummodo prædictum iuramentum non excedat quantitatem, quam exigere potuiſſet vltra ſortem, ſi eam ſoluere coactus fuiſſet, in quibus repetitionibus, & ſolutionibus procedatur ſummarie, & pro vt in alijs actionibus, ſeu petitionibus, ſecundum ſtatuta procedendum eſt.

Sed ſi repetere volens eſſet minor, vel abſens à Dominio, terminus annorum quinque, de quo ſupra, ſit annorum decem.

Et nihilominus fideiuſſiones præſtitæ in cauſis executiuis vbi aliter prouiſum non fuerit, durent tantum per annos decē a die obligationis factæ computandos, & non vltra; quo tempore finito, nulla facta contra fideiuſſorem, ſeu principalem liquidatione pro cōtentis in dicta promiſſione, & obligatione, ſit ipſo iure liberatus fideiuſſor, & eius bona, & non poſſit amplius moleſtari ea de cauſa, nec pro ſorte, nec pro damno intereſſe, expenſis, nec pœna, ſalua tamen obligatione principalis,

contra quem poſsit procedi intra tempora à iure diſpoſita:

In omnibus autem, & ſingulis cauſis executiuis, etiam in quibus dictum fuit præſtandam eſſe fideiuſsionem per actorem de reſtituendo vt ſupra, intelligantur, & ſint reſeruata iura vtrique parti in iudicio ordinario talia qualia competunt non obſtante expeditione executionis, & conceſsione licentiæ, & dicto cõuento, tàm pro ſorte exacta, quàm pro damnis, expenſis, & intereſſe, & pœna reſpectiuè appoſita.

Qui ſententiam ab aliquo magiſtratu obtinuerit, quæ contineat pecuniã numeratam, rem, ſpeciem, vel factum cuius ceſſerit, & venerit dies ex inſpectione ipſius, & quæ tranſiuerit in iudicatum, vel exequi poſsit ex forma alicuius ſtatuti, poſsit etiam ſaluis ſupraſcriptis de mandato eiuſdem magiſtratus, qui ſententiam tulit, fieri facere pręceptum debitori, & condemnato, quatenus intra dies tres debeat ſoluiſſe, & obſeruaſſe id, ad quod per dictam ſententiam fuit condemnatus, quibus tribus diebus elapſis, non facta ſolutione, vel non obſeruata ſententia per condemnatum, magiſtratus teneatur concedere licentiam expeditam creditori contra debitorem; dum tamen creditor pro ſui parte obſeruaſſet illud quod obſeruare debebat vigore dictæ ſententiæ, ſi illud eſſet purum, & de præſenti obſeruandum, vel promiſiſſet obſeruare cũ ceſſerit, & venerit dies, ſi illud eſſet obſeruandum in diem, vel ſub conditione. Si verò ſententia non eſſet liquida, fiat liquidatio intra dies triginta à die primæ citationis, & facta liquidatione concedatur licentia expedita vt ſupra.

MDLXXXX. Die XX. Martij.

Sereniſs. D. Dux, Excellentiſs. DD. Gubernatores, & Illuſtriſs. Procuratores Sereniſs. Reipublicæ Genuen. tractato antehac, & etiam nunc negotio, de quo infra, eoq; perpenſo, examinato, & diſcuſſo ad calculos quattuor ex quinque partibus ipſorum fauorabiliter concurrentibus omni modo, &c. approbauerunt, & laudauerunt approbantque, & laudant quod decernatur in omnibus vt in infraſcripto themate, quod conſilijs proponi mandauerunt, & mandant.

Signori nel Capitolo de' Statuti Ciuili nuouamente riformati poſto ſotto la Rubrica De cauſis executiuis vien' ordinato, che l'Inſtrumenti, legati, teſtamẽti, e ſentẽze ſi poſſano eſſeguire, & richiederne l'eſſecutione fra il termine ſolamente di dieci anni dal giorno, che è venuto il tempo di domandare quello, che in eſsi ſi contiene: & conſiderando i due Sereniſsimi Collegi, che per li ſtatuti vecchi poteuano eſſer eſeguiti fra il termine di trent'anni, & che douendone ragioneuolmente eſſer ſtati

fatti

Reservata // Ex ista reservatione tolluntur omnia que ratione bone fidei et equitatis servande possent considerari Bursat. cons. 113. nº 15. in fine. Cartar. decis. 54. in fin.

Sententie exequutio fieri valet duobus modis scilicet vel intentata actione iudicati, que dici solet actio in factum, vel implorando officium Iudicis qui tulit Sententiam. 1º modo potest fieri exequutio coram quocumque Iudice. 2º autem nonnisi coram eodem, qui tulit Sententiam vel coram alio cum litteris tamen requisitorijs Iudicis, qui Sententiam tulit. Item primo modo danduset libellus, lis contestanda, 2º autem nihil horum requiritur. Barbos. in l. si Pretor 75. §. Marcellus nº 92. et seqq. ff. de Iudic. ubi pulchre distinguit. In hoc §º Statutum loqui de 2º modo exequi Sententias patet ex illis verbis de mandato eiusdem Magistratus qui tulit Sententiam // De primo autem exequendi modo Statutum loquitur in principio huius capitis.

Sententia non esset liquida // Ratio quod causa liquidationis non est eadem cum causa principali sed est diversa cum habeat suam instantiam et suos terminos, et requirat omnes legitimas exceptiones, et ideo novus Procurator constituendus videtur, ut in puncto tradit Cabarch. cons. 15. nº 12. cum seqq.

fatti molti prima della publicatione di detti noui statuti, & date molte sentenze, si potrebbe riuocare in dubbio se detto Capitolo comprenda cosi li fatti, e date prima come poi di detti statuti, e se si debbano attendere essi statuti nuoui cosi per gl'vni, come per gl'altri circa detto termine, hanno lor SS. Serinissime per tor via i dubbij, e leuar quanto si può l'occasione de liti deliberato con tutti li voti fauoreuoli di proporre alle SS. VV. che loderebbero, che detto Capitolo in quella parte solamente, doue si tratta il tempo di dieci anni si riformasse, e riducesse nella maniera seguente.

Quod instrumẽta, legata, testamenta, & sententiæ confecta, & latæ ante diem primam mensis Martij anni proxime exacti 1589. exequi eorumq; executiones postulari possint intra tempus triginta annorum, prout vetera statuta disponebant; dum tamen tempus ipsum non excedat decennium cæptum die prima dicti mensis Martij, qua die noua statuta obseruari cæperunt. Quando dunque le SS. VV. siano dell'istesso parere saranno contente dimostrarlo con lor voti fauoreuoli, à fin che conforme le leggi se ne possa ricercar la confirmatione del Mag. maggior Consiglio.

MDXC. Die XXII. Martij.

Congregato coram ambobus Serenissimis Collegijs Mag. minori Consilio in legitimo numero, & in eo per me infrascriptum Cancell. lecto præscripto themate, & inde super eo sumptis, collectisq; calculis compertum est illud approbatum fuisse octuaginta septem fauentibus, & decem octo repugnantibus.

Die XXX. dicti Mensis Martij.

Conuocato per solitum signum campanæ, & in aula magna Palatij Ducalis vbi comiti à huiusmodi fieri solent congregato ad conspectũ vtriusque Serenissimi Collegij, Mag. maiori quadragintorum Concilio in legitimo numero, hoc est tricentorum quinquaginta octo comprehẽsis prædictis Serenissimis Collegijs in eoq; lecto, & recitato per me Cãcell. infrascriptum in suggestu alta voce supscripto themate exceptis illis vltimis verbis incipientibus. Quando dunque le SS. VV. & loco eorum appositis sequentibus, videlicet la sodetta proposta fu letta i gior-

giorni passati al Mag. minor Consiglio, quale l'approuò : resta solo, chè le SS. VV. quando siano dell'istesso parere la confermino con loro voti fauoreuoli, accioche habbia forza di legge. Quibus ab vno quoque Consiliariorum intellectis, & omnibus data facultate dicendi super dicto themate, quæ vellent, & cum nemo assurgeret iusso Mag. Io. Bernardo Lazania I. V. D. vt suam diceret sententiam, eius fuit opinionis, post nonnulla prudenter adducta, vt propositio approbaretur, & in ipsius sententiam decerneretur. Illudq; idem confirmarũt nõnulli alij eorum sententiam dicere iussi; Quare sumptis de more calculis, & ex eis inuentis ducentum nonaginta tribus approbantibus, & reliquis sexaginta tribus contradicentibus, decretum, sancitumq; remansit in sententiam dictæ propositionis, & in omnibus vt in ea continetur, & sic per me dictum Cancell. omnibus audientibus publicatum, pronuntiatumq; fuit.

In Cancell. Ligalupi.

De causis breuioribus. Cap. IIII.

IN causis cambiorum, & recambiorum, de quibus constet per litteras cambij scriptas, vel subscriptas, & acceptatas, vel quæ redierint cum protestatione, vel de quibus cambijs, & recambijs constet per partitam scriptam in cartularijs Sancti Georgij, vel in cartulario cambiorũ, aut per appodisiam priuatam, vel per instrumentum publicum, in quibus expressè fiat mentio aliquas pecunias fuisse datas cãbio, vel fuisse solutas alicui, vel de ordine alicuius, qui promisisset de ipsis pecunijs facere litteras cambij, teneatur magistratus postquàm cesserit, & venerit dies obligationis, & faciendæ solutionis dicti cambij ad instantiam creditoris, vel habentis auctoritatem exigendi cambium, seu recambium, facere præceptum debitori, quòd soluat intra horas viginti quattuor, quibus transactis teneatur licentiam expeditam concedere; si verò cambium, vel recambium peteretur contra curatorem hæreditatis iacentis, vel peteretur elapsis mensibus sex, postquam cessisset, & venisset dies ipsius, non concedatur licentia quin prius petens promittat, & idoneam fideiussionem præstet de restituendo quicquid indebitè exegerit vna cum damnis, interesse, & impẽsis, ac pœna triginta trium pro centenario.

Declarato quòd supradicta executio possit fieri intrà annos quattuor à die termini solutionis transacti, & non postea.

Simili modo procedi possit pro consignatione appodisiarum cambij, quę fieri promissæ fuissent.

In exactionibus securitatum, in quibus cesserit, & venerit dies, & termi-

nus

Contra litteras Cambij admittitur exceptio falsitatis et inhabilitatis ipsorum etiam stante statuto non admittente exceptiones contra d.s litteras. Quin. cons. 54. n.o 8.

Littere cambij ficte non mandantur executioni non obstante hoc Stat.o Cap. de usur: incip. naviganti comment. 3. §. 2. n.o 68.

Summarie agitur si emptor petat rem emptam exonerari, vel a molestijs liberari Sur. Rez. in form. Iudic. lib. 3. cap. 1. sub n.o 6. ubi tamen loquitur ad Tnos Stat.i Urbis.

Statutum concedens exequutionem litteris Cambij an sit ordinatorium vel decisorium, an liget etiam forenses, et quomodo intelligatur, nempe tum quoad scribentem, quam quoad acceptantem. V. Seraphin. decis. 530.

Habitæ notitiæ § quomodo haberi debeat hæc notitia, utrum nempe sufficiat extraiudicialis vel requiratur iudicialis, per denunciationem de mandato Iudicis. V. Scac. quinquaginta cum ples. ibi in verbo factum fuerit. de excusat. Iuter. Rovit. decis. 16. n.º 1. et seqq. qui volunt requiri iudicialem, et ita servatur in praxi, et Targa ponderat. maritim. cap. 51. n.º 56. Vicet. formul. fol. 248. in fine, et colligitur etiam ex hoc eodem Statuto, dum distinguit notitiam habitam ab assecuratore antequam ei fiat præceptum de solvendo intra horas 24, ab alia notitia casus sinistri habita per famam; hanc enim præcipit ut probet per testes (et sufficit) eodem tempore quo assecuratori intimatur solutio, quæ sane probatio esset superflua, si iam sufficienter probaretur habitam fuisse ante tres menses extraiudicialiter absque alia intimatione. Requirit ergo Statutum notitiam per famam pro compellendo assecuratorem, notitiam per intimationem ad effectum constituendi eumdem assecuratorem in mora, ut sciat, quod elapsis mensibus tribus compellitur ad solvendum executive intra horas 24.

Contrarium V. apud Rot. Gen. decis. 100. sub n.º 6. verric. non obstabat etiam 4um

Expeditionis Domorum § hoc iudicium expeditionis domorum vulgo di sfrattare summarium est et propterea nullam admittit exceptionem, sed procedit absque iuris apicibus, et appellatio non admittitur, ex Grammatic. decis. 54. n.º 15, Castill. decis. 52. n.º 3, docet Pignat. ad Statutum Ferrar. [illegible] 35. n.º 33, Scoppa ad Novell. prax. civil. in form. libell. in agente tamen si si quis conductioni locat. [illegible], Staiban. in observat. ad Resolut. 123. n.º 30. et 39. centur. 2, Paccion. de locato [illegible] 55. n.º 48, et celeritatem desiderat Carocc. de locat. p. 6. q. 11. n.º 42.
Ex quo infertur quod possit locator agere ante finitam locationem ad hoc ut adveniente fine ipsi domus relicta et conductor exhiberet [illegible] in civitate [illegible] testatur [illegible] in [illegible] singul. 1442. n.º iii, quin referat, et sequitur Carocc. dicto loco.

nus ſolutionis ipſarũ,qui intelligatur ceſsiſſe, & veniſſe poſt tres menſes immediatè numerandos à die habitæ notitiæ de naufragio, vel caſu ſiniſtro,niſi de maiori, vel minori tempore inter partes conuentum fuiſſet,magiſtratus teneatur facere præceptum ad inſtantiam aſſecurati, vel habentis bailiam exigendi ſecuritatem contra aſſecuratores, quatenus intrà horas viginti quattuor debeant ſoluiſſe ſummas aſſecuratas, quibus horis tranſactis, & facta fide per teſtes etiam minus legitimè receptos,dum tamen iurauerint de naufragio, ſeu caſu ſiniſtro,vel eius fama,& facta promiſsione, præſtitaque fideiuſsione idonea de reſtituendo quicquid indebitè exigi contigerit vna cum damnis impenſis,& intereſſe,& pœna triginta trium pro centenario, teneatur magiſtratus concedere licentiam expeditam dicto aſſecurato, vel habenti bailiam vt ſupra,contra aſſecuratores,nulla admiſſa exceptione; ſed ſi per aſſecuratum,ſeu illum,qui ius eligendi ſecuritates haberet fuerit requiſitum fieri calculum, fiat calculus,& exinde concedatur dicta licentia.

Sed in cauſis,quæ vertentur inter patronum alicuius vaſis nauigabilis, & mercatorem,ſeu alium quemuis occaſione rerum poſitarum, vel oneratarum in vaſe, vel occaſione emendationis auariæ, vel damni,quæ, vel quòd peteretur pro diſſipatione,diminutione, vel deuaſtatione dictarum rerum,& mercium,vel occaſione nauli,iactus, ſeu æris in mare proiecti,tàm ſi de prædictis, vel eorum aliquo,appareret ſcriptura, vel inſtrumentum,quàm ſi non appareret,& inde pendentibus,emergentibus,acceſſorijs, & connexis,procedatur tàm in cognoſcendo,& determinando,quàm in exequendo ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij,ſine libello in ſcriptis,& ſine ſcriptis omnibus,& quibuſcunque ſolennitatibus omiſſis; & teneantur magiſtratus concedere licentiam expeditam actori contra debitorem, ſeu illum, quem prętenderet eſſe debitorem occaſionibus prædictis,præſtita tamen prius fideiuſsione idonea per dictum actorem de reſtituendo quicquid contigerit ipſum indebitè exigere vnà cum damnis, expenſis, & intereſſe, ac pœna triginta trium pro centenario, nec impediatur exactio naulorũ pro eo quod mercatores,aut alij prætenderent contra patronum occaſione rerum, ſeu mercium, ſi patronus, vel ille,cui competeret ius exigendi naula,præſtiterit fideiuſsionem idoneam de iudicio ſiſti,& iudicato ſoluendo coràm eodem magiſtratu,quam fideiuſsionem tali caſu præſtare teneatur antequam concedatur licentia pro naulis.

Quando patroni forenſes pro naulis intrà annos duos à die nauli debiti petunt contra mercatores, poſsint coràm eodem magiſtratu conueniri,& reconueniri,perinde ac ſi eſſent ſubditi,etiam executiuè, ſeruatis his,quæ alioqui ſeruari debent.

A prædictis non poſſit appellari,nec reclamari,ſed ſint ſalua iura in ordinario vtrique parti talia qualia competunt.

In cauſis expeditionis domorum reſpectu locationis,conductionis, commodati,& præcarij, & in cauſis ſcopatorum, & penſionum ſiuè de eis appareat ſcriptura,ſiue non,procedant magiſtratus tàm in cognoſcen-

do,quàm in iudicando,& exequendo ſola facti veritate inſpecta,etiam non ſolum contra conductorem,ſed contra ſubconductorem, & quoſcumque, qui habuiſſent cauſam ab eis.

Et ſi contingat in ſententijs in dictis cauſis ferendis appellari, vbi appellatio ex forma ſtatutorum conceditur, non retardetur executio, facta promiſſione, & præſtita fideiuſſione de reſtituendo quicquid indebitè fuiſſet exactum vnà cum damnis,impenſis,& intereſſe,ſi appellans obtineret per ſententiam,quæ tranſiuit in iudicatum,& in repetitione procedatur eodem modo,& forma.

In cauſis verò Cancellorum,adhæſionis,erectionis,corroſionis, debilitationis,ſeu deſtructionis murorum,vacuorum, fumi nociui,fœtoris,viarum communium,aquarum decurrentium,immiſſionis tignorum, ædificiorum minantium ruinam,procedant etiam Magiſtratus tam in cognoſcendo,& iudicādo,quàm in exequēdo ſola facti veritate inſpecta.

Et ſi in proximè dictis appellari contingat in cauſis ſcilicet, & caſibus, in quibus ex forma ſtatutorum appellari licet, per appellationem retardetur executio, donec ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, ex eo quia ſi contingeret ſententiam reuocari,res non eſſet integra, & ſequi poſſent multa damna ob demolitiones,quæ poſſent fieri.

De quæſtionibus victualium. Cap. V.

APportans,vel apportari faciens victualia ſi controuerſiam, vel differentiam habuerit occaſione dictarum victualium ſeu partis audiatur;& ſic cognoſcatur,terminetur,definiatur,& exequatur dicta cōtrouerſia,vel differentia ſummarijſſimè,& per viam præcepti ſine figura iudicij,& ſine remedio appellationis.

De inuaſore poſſeßionis rei alienæ. Cap. VI.

SI quis auctoritate propria inuaſerit, vel occupauerit poſſeſſionem alicuius rei ſtabilis ab alio poſſeſſæ, condemnetur, & compellatur ad reſtitutionem poſſeſſionis poſſeſſori, & ad ſoluendum tantam quantitatem pecuniæ,quantus erit valor rei inuaſæ,vel occupatæ;cuius quantitatis dimidia ſit illius,qui fuerat poſſeſſione priuatus,& dimidia Reipublicæ.

Si verò aliquis ſine iudicis auctoritate acceperit poſſeſſionem alicuius rei ſtabilis, cuius erat poſſeſſor, vel detentor tempore mortis aliquis defunctus,cum hæreditas illius non eſt adita,condemnetur,& compellatur ad reſtituendum dictam rem cum fructibus illi ad quem ſpectabit hæreditas, & ad decimam partem valoris dictæ rei, cuius decimæ partis medietas ſit eius,ad quem ſpectabit ſucceſſio, altera ſit Reipublicæ;excluſis tamen his,ad quos ſucceſſio defuncti ſpectat,& nuru,ac vxore defuncti,ac patre vxoris,vel nurus prædictæ, qui remanere poſſint in detentione rerum hæreditariarum pro iuribus ſuis.

Magiſtratus in cauſis prædictis teneatur tranſacto termino probatorio definire

Invasionis causa an sit Criminalis. Raynald. lib. 2. cap. 15. § 2. n.º 68. et seqq. Surd. Decis. 61. n.º 10. Romaguer. ad Constit. lib. 4. rub. 39. Quis sit invasor vid. Lup. cons. 66. n.º 3. Felic. allegat. 107.

Turbatio possessionis iurium, et rerum incorporalium an comprehendatur in hoc stat.º vid. Bos. in de iurib. violentiis n.º 50. et 53. Menoch. de retinend. remed. 3. n.º 680. cum seqq. Dec. cons. 694. variat. vid. etiam Socin. Iun. cons. 114. n.º 22. vol. 3.

Invaserit verbum istud sonat in mala parte et dolum malum ~~denotat~~ Host. de Iuram. § 2. n.º 10.

Solvendum hec pena procedit, si probatur tempore invasionis possedisse. Socin. cons. 550. n.º 1.

Rei stabilis. Apposite hoc fuit dictum, q.ª in re mobili non dicitur invasio sed contrectatio, secus vero in immobili ut inquit Bruce. q.º Forens. 15. n.º 5. Alberic. diction. in verbo invadere

Condamnetur. An hec causa dicenda sit criminalis, vel civilis aut mixta v. Mathesilan. singul. 70.

Si vero aliquis. Debet citari curator hereditati iacenti datus, vel dari facere illum. v. Cerr. decis. 757. n.º 2. et seqq. Argell. de acquirend. possess. q.ª 8. art. 15. n.º 637. et de legitim. contradict. q.º 11. art. 21. n.º 233. Ottobon. decis. 32. n.º 6. et seqq. et decis. 116. n.º 6. Durazott. Iun. decis. 720. n.º 1. et seqq. et in Rec. decis. 283. n.º 5. et seqq. p.º 18.

Ac vere defuncti. v. Anton. quotid. q.º iur. cap. 12. et 15. p. tot.

Definire. Debet Iudex in hoc casu providere super utraque actione tam civili, quam criminali. v. Alvent. contro. lib. 14. cap. 134. Barz. decis. Bonon. ultima n.º 125. et 126. Capic. decis. 54. p. tot.

Mensem unum §. quando instantia est præfixa Judici, et non causæ valet sententia lata post dictam instantiam. Palm. Nep. allegat. 166. nº 17.

Quando ex aut Statutum dirigit verba in Judicem, et imponit pœnam actus aliter factus non dicitur nullus. Altograd. cons. 80. nº 31. vol. 1.

Et in prædictis §. concordat hoc Statutum cum Statuto Lucæ, super quo V. Capid. decis. divers. 32. prope finem, et V. Zuccar. decis. criminal. 9.

Quis sit actor vel Reus in Judicio nov. oper. nunciat. V. Romaguerr. ad Consid. ad Stat. Lugub. lib. 2. rubr. 31. nº 17 et seqq.

Nunciatio novi operis an et quando possit licite sperni. V. Gargiar. patrocin. 61. lib. 2. sub. 1.

Hoc remedium datur pro impediendis faciendis non contra iam facta. l. 1. §. hoc autem edictum ff. eod. tit. Saminiat. ~~contra~~ cons. 2. nº ... impress. post controv. Altograd. Junior

Inhibitio concessa contra facientem novum opus an transeat ad successorem. V. Card. de Luc. de servit. disc. 49. nº 4. et 5. et utrum expiret post mortem obtinentis illam V. Sass. de inhibit. cap. 20. nº 17. et seqq.

Hæc fideiussio quando sit reiicienda vid. Costh. de manut. observat. 6. nº 30. Caball. controv. cap. 20. nº 16. versic. nec obstat.

Remittat §. hæc remissio fit ipso iure, nec eget Judicis sententia per Text. punctualem in l. De pupillo §. si is cui ff. de oper. nov. nunciat.

Denuntiaverit §. facta denunciatione novi operis tenetur ædificans supersedere ab opere alias ædificatum demolitur, etiamsi nuncians non haberet ius nunciandi. Thomat. decis. 32. nº 11. et seqq.

Judicium nunciationis novi operis est summarissimum. ... ad Stat. medi. cap. 350. nº ... Costh. resolut. 130. nº 68.

Mulier potest capi, et constringi per custuram ad dandum bona pupilli Rodriguez de exequut. cap. 2.

A sententia contestationis non datur appellatio. ita cum votis omnibus decisum a Ser.mo Senatu anno 1720. in appellatione interposita per Heredes q.m ... Rap.tis M.ri Dassarie a pronunciatione facta per DD. Sup.mos Judices Delegatos inter ipsos ex una, et ... Cassariam ex altera.

definire eas intra menſem vnum immediatè ſecuturum, nec poſſit in eis peti, neque concedi aliqua dilatio deforis.

Et in prædictis etiam iudices criminalium ſint competentes, poſſit tamen ab eorum ſententijs appellari, pro vt in cæteris cauſis ciuilibus.

De noui operis nuntiatione. Cap. VII.

SI aliquis denuntiationem noui operis coràm magiſtratu fecerit aduerſus aliquem ne perficiat opus, debeat tam magiſtratus, coràm quo facta fuerit denuntiatio, quàm in ciuitate Genuæ Prætor, & in dominio magiſtratus ad cauſas criminales deputati prouidere iuris, & facti remedijs opportunis, quòd ſuperſedeatur ab opere, & quòd inde ſcandala non ſequantur.

Si verò ille, contra quem facta fuerit denuntiatio, promiſerit, & idoneam fideiuſſionem præſtiterit de opere demoliendo, magiſtratus remittat denuntiationem, & permittat quòd opus procedat, & perficiatur.

Qui nouum opus, vt ſupra denuntiauerit, teneatur proponere actiones ſuas intra dies quattuor ſecuturos à denuntiatione, aliàs magiſtratus remittat nuntiationem, & concedat licentiam denuntiatori, quòd in opere procedat, & illud perficiat non obſtante denuntiatione facta, vel fienda.

Poſſit in prædictis procedi pro euitandis ſcandalis, abſque proceſſu; Remaneant tamen ſalua iura partium in quocumque caſu præſentis ſtatuti, nec illis intelligatur in aliquo derogatum per prædicta.

De modo foreſtandi. Cap. VIII.

MAgiſtratus ad inſtantiam creditoris habentis de ſuo credito licentiam, vel mandatum, aut executionem expeditam poſsint, & debeant foreſtare, & foreſtatos declarare quoſcumque debitores, ſiue maſculos, ſiue fœminas quos detinere, & incarcerare non poſſet ex forma ſtatutorum, ipſis tamen debitoribus primò perſonaliter citatis per binas vices ad illud fieri audiendum pro eo debito, vel ſi perſonaliter reperiri non poterunt, citatis ter ad domum in qua habitare conſueuerunt, ſi domum, vel habitationem habuerint in iuriſdictione illius magiſtratus; aliter ſufficiat citatio ſemel facta per publicum proclama in locis publicis, ſolitis, & conſuetis.

Facta foreſtatione, fiat intimatio de ea, vel perſonaliter foreſtato, vel (eo non reperto) ad domum vt ſupra. Et foreſtato domum non habente vt ſupra, fiat per proclama in locis publicis ſolitis, & conſuetis.

Qua intimatione facta poſt diem dictæ intimationis executæ non poſsint foreſtati exire domo habitationis ſuæ, niſi diebus dominicis, & feſtiuis de præcepto in mane ad audiendum miſſam.

Et ſi maſculus fuerit repertus contrafaciens poſsit incarcerari, & retineri in carceribus per menſem, & exinde relaxari debeat manſurus domi vt ſupra; & ſi ſecundò fuerit repertus contrafaciens trudatur in carceres

res per trimeſtre, quo finito remittatur domum, ibi manſurus vt ſupra; & ſi tertio repertus fuerit in contrafactione ammittat priuilegium, & poſſit incarcerari, ac ſi priuilegium non haberet.

Si verò fœmina reperta fuerit in contrafactione incarceretur prima vice per menſem, ſecunda per trimeſtre, & tertia vſq, ad debiti ſolutionem; ſed eius incarceratio fiat in aliquo monaſterio monialium.

De Confirmatione mandatorum, & licentiarum. Cap. IX.

PEtens confirmationem mandati, vel licentiæ poſt biennium vocari faciat partem ad opponendum quare confirmari non debeat. Et ſi pars citata non probauerit intra dies quindecim incipiendos ſtatim à die dictæ citationis, ſoluiſſe, ſeu ſatisfeciſſe poſt conceſſionem licentię, ſeu mandati contenta in eadem licentia ſiue mandato, intelligātur, & ſint confirmata, & cōfirmatum ipſo iure, dummodo petens confirmationem promittat, & idonee fideiubeat de reſtituendo omne id, quod probaretur fuiſſe poſt licentiam, ſeu mandatum, conceſſum, ſolutum, quitatum remiſſum, ſeu ſatisfactum in totum, ſeu pro parte; durante autem biennio exequi poſſint, & debeant nulla requiſita confirmatione.

Executio mandatorum, & licentiarum confirmatarum, vt ſupra non poſſit retardari per appellationem, præſtita tamen fideiuſſione idonea de reſtituendo in euentum, quo ſententia confirmationis reuocaretur, ſeu pro ea parte, pro qua reuocaretur.

De his qui pro abſente propinquo agere poſſunt. Cap. X.

MAior, qui pro propinquo abſente extra dominium eidem attinenti vſque in tertium gradum agnationis, cognationis, vel affinitatis incluſiuè, voluerit agere aliqua actione, quę ſit tempore peritura admittatur. Et magiſtratus teneatur procedere in cauſa non obſtante, quòd principalis abſens iuramentum calumniæ præſtare non poſſit: dum tamen ipſe propinquus agens iuret ſe credere, quòd propinquus ſuus iuſtam cauſam foueat, & quòd ipſe nullam dilationem illicitam petet, nullamque probationem illicitam faciet in tota cauſa, & dum tamen idoneam fideiuſsionem præſtet tàm erga eum, contra quem agere voluerit, quòd propinquus abſens ratum habebit quicquid factum fuerit, & iudicatum obſeruabit etiam pro expenſis in caſu ſuccumbentiæ, vel indebitæ moleſtiæ, quàm erga propinquum abſentem de reddenda eidem bona, & legali ratione, cum reliquatus ſolutione totius eius, quod conſecutus fuerit.

Poſſit etiam idem propinquus executionem ſententiæ, ſeu rei iudicatæ in cauſa vt ſupra per eum propoſita intentare, & debitum ex ea conſequi, ad quæ per magiſtratum admitratur, dummodo in dicta executione præſtet idoneam fideiuſſionem de reſtituendo eo, quod conſecutus fuerit; ſi propinquus abſens requiſitus iurare noluerit, vel ſi intra biennium (ſaluo iuſto impedimento) reuerſus non fuerit, vel ſi reuer-

ſus

Mandatum non confirmatur quando fuit semel exequutum, sicut res data in solutum, sitte vide Giurb. decis. 29. n.° 10. Mangil. de evict. q.° 55. n.° 14., se vid. eundem q.° 34. ubi contrarium Cyriac. controv. for. 323. n.° 14.

si elapso biennio ad exequendum illud cum quem fuit mandatum concessum remaneat vivus et heres eius sit Clericus utrum Judicem laicum, vel potius Ecclesiasticum debeat fieri confirmatio. V. Caesar. q. 184. tot. ubi quod pertinet ad Ecclesiasticum, [illegible] velut fuisset contra eius [illegible] decisum in [illegible] ad eum [illegible] Vid. Card. de Luc. de Judic. disc. 30. n.° 2. et 8.

Post annos triginta an possit confirmari mandatum et licentia. Negative Chart. decis. 110. Contrarium decidit Rot. Gen. anno 1511; et Ill.mi Magistri Extraor. 1505; et ita Magistri [illegible] 1509 [illegible] haec exempla [illegible]

Haec probatio non impeditur per praesumptiones et coniecturas. Mascard. de stat. interp. concl. n.° 41. contra Mascard. Vacian. de probat. cap. 10. n.° 9.

Quae differentia sit inter verb. solvere, et satisfacere. Aretin. instit. de rer. divis. § venditor. Barbos. appellat. 181. n.° 5., Gratian. cap. 91. n.° 25. et cap. 130. n.° 12. Bellon. decis. 21. n.° 11. Mans. consult. 138. n.° 25. et seqq.

Intra dies quindecim. Testes examinati intra d.os dies 15. sive potius iurati intra d.os dies 15; et examinati post d.um terminum non sunt attendendi. Chartar. decis. 101.

Isti dies 15. non sunt prorogabiles. Chartar. decis. 100. n.° 12. et secundum opinionem Chartarii fuit decisum per DD. Syndic. Ord.is anno 1633. 25. Januarij, et idem decisum per Bendinelli Michelangelo Auditore anno 1636 ut in meo [illegible] sub hac rubrica.

Contrarium fuit decisum per M. D. Mattheum Savium auditorem [illegible] anno 1631. 10. Martij ut in meo [illegible] et ita practicatur.

Fideiussionem si nec non fuerit praestita validus erit processus non obstante hoc Stat.° cog.a quod habet locum solum quando fuit petita et non praestita. Ita Castr. in l. pacto § fratre ff. de legat. 12. n.° 3. facit [illegible] in cons. 26. n.° 4. in fin. vol. 2. Vid. Surd. decis. 57., Gratian. in decis. 1207. in addit. Hodiern. ad Surd. d.a decis. 57. per tot. ubi refert contrarium tenentes.

Solutione totius eius potest ergo exigere et recipere in solutum. Castren. cons. 133., Jason. in l. 1. § sedutate n.° 16. ff. solut. matrim.

Possit etiam [illegible] propinquum proprio nomine absentis non valent, si vero [illegible] non vult, licet potuisset agere tanquam propinquus. Scacc. de commerc. § 1. q. 7. [illegible] limit. 3. sub n.° 6.

Propinquus absens § Hoc Statutum ligat etiam Forenses Germanos litigantes, et etiam Clericos. Bov. de Stat. vid. prescript. glos. 19. nº 148. et 149.

Quoad Clericos idem tenet Surdus consult. forens. cap. 22. nº 132. ubi tamen dicit quod Clericus non ligat a dº Statº, se potest illo uti si velit. Sabell. in dto Statuto nº 6. in rubr. de Statº iubente fieri compromissum vide tamen quod notavi infra sub rubr. de Privileg. Cleric.

Hoc Statutum habet locum dumtaxat in causa affinitate. Zuccard. cons. 25.

An habeat locum in causa restitutionis vid. Alex. cons. 212. nº 10. lib. 4. ac. septem. Bertachin. repertor. in verbo compromissum et in verbo Statuta de Iudiciis.

An inter Patrem et Filium pro causa alimentorum. Vid. Magon. decis. Lucen. 25. per tot.

Hoc Statutum locum habet in venditore, si lis mota fuerit contra Emptorem et in alia quacumque defensore necessario. Vid. Gabriel. cons. 32. per tot. lib. 2. Bertachin. in repertor. verbo Statuta de Iudiciis, et verbo compromissum.

Sententia lata super dubio, an sit causa committenda, est definitiva, et ab ea potest appellari. Ancharan. cons. 233. nº 1.

In rebus de committendis § non habet locum ... in negotio claro et liquidato. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. dub. 2. nº 660.

Hoc Statutum ligat etiam forenses. Bov. de Stat. prescript. glos. 19. nº 149, et 150. fol. 66, ubi in puncto huius Statuti. Sabell. resolut. cap. 55. per tot.

Si causa sit compromissibilis quoad aliquos, quoad alios vero non, utrum compromitti debeat. Vid. Zuccar. decis. 62. per tot, ubi distinguit.

Magistratus § intellige coram Iudice Ordinario secus autem coram Senatu, nam coram hoc exceptio compromissi non obest. Luginell. quæst. pract. cap. 63. nº 19.

Ad instantiam § facta requisitione non potest Iudex amplius procedere ad merita causæ, et dicitur habere manus ligatas. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 115. nº 134. Cyroch. discept. 82. nº 31.

Et Iudex pronunciando fieri debere compromissum declarat se incompetentem, et functus est officio suo. Alex. cons. 31. nº 5. lib. 3.

Pronunciatio de compromittendo non suspendit instantiam, nisi etiam sequatur compromissum. Alex. dº cons. 32. nº 4. lib. 4.

Reconventio an habebit locum coram arbitris huiusmodi. Vid. Blanc. de comprom. qº 2. nº 22.

Clerici an possint, et quomodo cogi ad compromittendum a Iud. laico. Vid. Cutell. ad ll. Sicil. Feder. ... not. 16. nº 1.

Nota quod si pars contradicat fieri debere compromissum, et adsit dubium utrum fieri debeat, petitio potest compromissum super hoc dubio seu articulo. Gabriel. dº cons. 32. nº 13. et 16. lib. 2. ubi quod huiusmodi compromissum est inevitabile. Concil. ad Stat. Lugub. lib. 2. rubr. 22. nº 3, Blanc. de compromis. qº 5. nº 3, ubi late probat nº 8. quod ab huiusmodi pronunciatione appellare ...

Sed imo contrarium magis verè et magis rationabiliter vid. apud Marcabrun. cons. 66. nº 224. et segg. ubi pulchrè, et quod neque super incidenti fieri debeat compromissum, si fieri non debet super causa principali. ibid., quid de articulo veri ibidem nº 220.

Duobus probis viris § ... duo sic electi sunt Iudices, et in locum pri. Iudicis. Dec. cons. 22. col. 2. sub nº 2; habentque iurisdictionem. Soller. in constitut. Regn. item Statuimus de Iudiciis nº 22.

Electio vero § Forma eligendi, ac alia hic a Statº tradita non sunt de substantia, ideo illis variatis non vitiatur compromissum, vel laudum, sed solum est de substantia, quod sint II, et quod sint inter coniunctos in gradu a Statuto prescripto. Vid. Ancharan. cons. 159. per tot.

Ad nominationem § Utrum hæc nominatio fieri possit sine solemnitatibus Statutariis a minore vel muliere. Vid. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. nº 593. et seqq., Rot. diversor. decis. 467. nº 5. p. 3, Capydaguer decis. 199. nº 2. pte 2.

Instantiæ § instantia coram huiusmodi iudicibus commissariis quando incipiat. Vid. Bard. cons. 322. sub nº 10, et cons. 251.

Instantia, et tempus probatorium an currat post petitum compromissum, et pronunciatum compromittendum affirmat Blanc. de compromis. qº 6. nº 35, ubi reprobat ... contrarium sententem in cons. 165. lib. 1, et firmat non suspendi instantiam, nisi post electionem, et acceptionem arbitrorum.

Coram arbitris vero non currit tempus instantiæ nisi a die acceptationis compromissi. Concil. ad Stat. Lugub. lib. 2. rubr. 22. nº 19.

ſus non iurauerit vt infra.

Propinquus abſens ſi ad ciuitatem reuerſus non fuerit intra annos duos à completa executione, abſque iuſta cauſa, vel requiſitus ſic abſens non iurauerit ſe ſcire, vel credere ſibi iure deberi quod obtinuit, vel reuerſus iuramentum prædictum non præſtiterit, teneatur agens, & eius fideiuſſor reſtituere quod conſecutus fuiſſet, nec poſſit amplius ille principalis, qui iurare noluerit dictam actionem intentare, vel de ea aliqualiter ſe valere.

Et prædicta omnia locum non habeant, quando ille, contra quem propinquus inſtituere vult actionem, fuerit in eodem, vel proximiori gradu propinquitatis cum abſente, quo erit agens, vel agere volens.

De committendis cauſis propinquorum. Cap. XI.

Vid. Alex. cons. 154. lib. 6. Pacion. [illegible] Marin. singul. 553 ubi plura

MOta cauſa, ſeu differentia inter agnatos, ſeu cognatos, vel affines maſculos, vel fœminas vſq; in ſecundum gradum incluſiue, Magiſtratus coràm quo erit mota, teneatur ad inſtantiam partium, vel alterius earum faciendam in actis cauſæ intra dies viginti immediatè numerandos à die prima citationis in cauſa legitime ſecutæ, committere cauſam ipſam duobus probis viris, de cognomine, vel familia partium non ſuſpectis; & in eorum defectu duobus alijs propinquis, ſeu attinentibus, etiam non ſuſpectis, & eis non extantibus duobus amicis, vel ciuibus.

Electio verò prædictorum duorum fiat ad nominationem partium, ſcilicet vnus per vtranq;, & fiat primò de cognomine, vel familia, & ipſis non exſtantibus, ſeu parte iurante nullum ex eis habere confidentem, fiat loco illius electio de alio propinquo, ſeu attinente ad nominationem eiuſdem partis, & ipſis non exiſtentibus, ſeu parte iurante non habere aliquem ex ipſis confidentem, fiat electio alterius ciuis ex nominandis per aliam partem, quæ teneatur tali caſu dare in ſcriptis nomina decem ciuium, vſque in viginti quinque arbitrio magiſtratus; qui vnum ex eis pro dicta parte eligere debeat etiam ad nominationem faciendam de vno ex eis per partem aduerſam, ſi ita magiſtratui videbitur. Et ſi pars citata ad comparendum, & faciendum nominationem in quolibet caſu prædictorum non nominauerit, vel non iurauerit, vt ſupra, magiſtratus nominet quem voluerit pro ea, & eligat, & valeat per inde ac ſi à parte ipſa eſſet facta nominatio.

Qui ſic electi teneantur acceptare, & ſi recuſarent cogantur tàm per magiſtratum committentem, quàm per ſupremos, ſeu ſyndicatores ordinarios, præceptis, & alijs iuris remedijs, niſi ex forma ſtatutorum haberent legitimam cauſam recuſandi; teneanturq; cauſam, & differentiam cognoſcere, & terminare intra tempus inſtantiæ, vt debuiſſet magiſtratus coràm quo mota, ſeu propoſita fuerat: & in reliquis habeant in ea cauſa, ſeu differentia omnem iuriſdictionem, poteſtatem, & bailiam, quæ competit delegatis ex forma ſtatuti.

Si verò dicti duo electi eſſent diſcordes, de qua diſcordia conſtet in actis

cauſæ

causæ per iuramentum ipsorum electorum, seu alterius eorum eligatur, & adiungatur per magistratum committentem, seu coràm quo erit mota lis, tertius, vnus ex cognomine, vel familia, seu alio propinquo, aut ciue non suspectis; & eo casu processus, ordinationes, & sententiæ duorum valeant, ac si ab omnibus tribus factæ, & latæ essent.

Tertius vero eligatur ex prædictis, vt supra dictum fuit in prima electione respectiue per magistratum receptis suspectis, seu cōfidētibus à partibus, vt ipsi magistratui videbitur; quòd si tertij electio non fuerit facta intra dies decem à iuramento discordiæ præstito, vt supra, debeat tertius eligi per Senatum, siue per extraordinarios, aut officium terræfirmæ in eorum respectiue iurisdictione.

Non habeant tamen supradicta locum non obstantibus prędictis in causis, seu differentijs, in quibus ageretur de aliquo legato, seu testamento, aut vltima volunttate, vel de aliquo debito, de quo, seu de cuius solutione, quitatione, aut remissione constaret per publicum instrumentum manu publici notarij; neque in causis, seu differentijs, in quibus ageretur de eo, de quo iam lata fuisset sententia definitiua iudicū, seu arbitrorum, neque in causis, seu differentijs, in quibus ageretur de pœna, vel occasione pœnæ appositæ in compromisso, neque in causis repetitionis promissionum factarum in actis magistratus, neque in causis eleuationis canellarum.

De litibus mouendis contra Rempublicam. Cap. XII.

QVicumque voluerit aduersus Rempublicā, seu ab ea petere aliquid, teneatur supplicationem, seu requisitionem in scriptis præsentare, & deponere coràm Duce, Gubernatoribus, & Procuratoribus Reipublicæ, qui ante omnia citari faciant syndicos Reipublicæ, & duos sapientes pro tempore, seu duos alios doctores, qui dictis Duci, Gubernatoribus, & Procuratoribus videbuntur, à quibus syndicis, & doctoribus intelligant iura Reipublicæ, super dicta supplicatione, seu requisitione & argumenta prędictorum, vt facilius veritatem cognoscant, & exinde petitio, seu supplicatio ponatur ad iudicium calculorum, & si duæ tertiæ partes concurrerint, intelligatur admissa, seu acceptata ad hoc duntaxat vt supra, ea examinari, & cognosci possit.

Quibus secutis audiantur iura partium, & possint dicti Dux, Gubernatores, & Procuratores committere formationem processus aliquibus Doctoribus etiam exteris, vel ciuibus non doctoribus, si eis videbitur, non tamen possint committere, neque delegare decisionem causæ alicui; & in causa ipsa decidenda concurrere debeant saltem duæ tertiæ partes dictorum Ducis, Gubernatorum, & Procuratorum in numero legitimo congregatorum.

Declarato, quòd si tractaretur de aliqua prætensione, seu actione super pagis, terris, locis, seu iurisdictionibus, Dux, Gubernatores, & Procuratores facto processu, non possint iudicare, sed causa proponatur consilio minori ab eo terminanda, & decidenda, à quo amoueri debeant illi,

Huic Stat.o potest renunciari. Vid. Andreol. controv. 193. n.o 11. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 2. n.o 16. e dicatur renunciari eo ipso quod patitur compromissum Conciol. Andreol. ibid., Zucchar. decis. 69. n.o 9. Palmeson. cons. 12. n.o 25. et seqq.

§ Iste videtur intelligendus de instris, legatis et habentibus paratam executionem, secus si agendum ex illis sit via ordinaria vel illi contineant aliquod dubium. Vid. Mar. Anguisol. cons. 220. in fin. Staiban. Iun. resolut. 119. et ibi addit. Rot. coram Caprar. decis. 130. per tot.

Item § iste limitatur per Soccin. sen. cons. 51. per tot. lib. 2. et cons. 1. eod. lib. 2.do

Legato, seu Testamento. Et quid si filius nolit acceptare legatum factum à Patre in testam.to et an habeat locum hoc Statutum. Vid. Boich. cons. 135.

Hoc Statutum locum non habet, ubi opponitur exceptio litis ingressum impediens, puta transactio, Addit. ad Bart. in fratris 20. C. de transaction.

Nota in hoc Stat.o differentiam quam ponit inter casum testam.ti, legati, et casum debiti, in p.mo etiam sufficit quod agatur, et hoc favore ultimarum voluntatum, in 2.do autem debet constare.

Debitum proprie dicitur consistens in quantitate per textum in l. Debitor, ff. de verbor. signific. et ibi glos.

vid[illegible]
[illegible]
Arist

Clausula Petens sibi ius et iustitiam ministrari operari, ut possit obtineri ex remedijs contrarijs Caprjc. Latro decis. 100. nº 16. et 17.

Mutatio libelli, seu correctio an, et quando possit fieri post sententiam in Iud.º appellationis. vid. Albit. de Inconstan. in Iudic. qº 19. nº 38. et seqq. et nº 63. cum seqq. ubi etiam quid si adsit clausula Salvo iure addendi. Boignet. in l. edita. § sedend. nº 83. et seqq. et nº 102. ubi de clausula pred.ª et quando dicatur sequi mutatio, correctio vel emendatio. Christin. decis. Belgic. 108. nº 18. et seqq. 183.

In causis summarijs et executivis quando lis dicatur contestata; vid. Cyriac. controv. 193. nº 9.

In libello non attenditur narrativa, sed conclusio ex Marant. cons. 63. nº 3. Rodiezn. controv. 13. nº 17. quod tamen vid. nº 30. ubi explicat id procedere, ubi narrata non essent deducta in modum causae, alias secus.

Agens ex una causa et probans de alia, ut puta, si agat ut heres ex testamento et probet se herede ab intestato, obtinebit secundum presens statutum. Marant in l. si potest nº 144.

Stante hoc Stat.º non inspicitur quid petitur sed quid deducitur in processu, et possunt cumulari plura remedia etiam diversa. Armenian decis. 33. nº 8. cum alijs precedentibus et pluribus.

Sed vid. Alegrae. Iun. controv. 83. nº 9. et seqq. et Ubaz. decis. 116. nº 9.

Cessionarius an cogi possit ad probandum principalem ad respondendum positionibus. Rot. Lucen. penes Palm. decis. 61. lib. 1.

Omni eo meliori modo et hoc videntur posse cumulari actiones contrarie. vid. Caprjc. Latr. decis. 100. nº 15. et 16.

Ad materiam presentationis principalis vid. Statutum hoc et de decisorijs, Durett. decis. 381. Constantin. ad Stat. Urb. in prelud. 151. Mascard. ad Stat. ardy. Sfovit. decis. 56. et ibi Altimar. Afflict. decis. 6. nº 195. et 198. 192.

Non obstante quod Procurator habeat specialissimum mandatum, petti potest, ut respondeat principalis ipse. vid. Sardut. discept. 96. nº 27. et seqq. Sed vid. Scacc. de Iudic. cap. 7. nº 568. et seqq. lib. 2.

Vid. Fenon. ad Stat. Urb. cap. 68. ubi nº 132. an fieri possit positio contraria positioni, et nº 125. utrum Procurator cogi possit ipse ad respondendum positionibus et vid. Afflict. decis. 97. ibique Ursil.

Idem observandum in causis executivis ut s.ª hoc eodem lib. cap. 3. §. et declarato cum §. precedenti.

Positioni utrum quis velit, vel nolit esse heres utrum quis teneatur respondere, quasi quod sit eadem in hoc Stat.º videtur dicendum, quod non, quia utrum sit, vel non sit heres respicit factum de presenti, illa vero respicit declarationem animi in futurum, cui intra tempus ad deliberandum non teneatur quis respondere, alias tribueretur clavis tollendi beneficium ad deliberandum a iure concessum. Ideoque si positio utrum sit vel non sit heres facta fuerit intra dictum tempus poterit responderi, non se nec esse heredem, sed posse in futurum esse heredem, quatenus intra tempus a lege concessum deliberaverit se velle esse heredem.

De consimili Stat.º vid. que notantur apud Saminiat. controv. 21. per tot., ubi loquitur de positione.

Si positiones pronunciate fuerint pro confessis potest urgeri contrarium. vid. Ron. [illegible] Ruinic. [illegible] 38. nº 10. et [illegible]

Pro confessis. Decretum super positionibus haberi debere pro confessis est interlocutorium habens vim definitive ideo appellatur. Fenon. ad Stat. Urb. cap. 66. nº 103. lib. 1. Rosth. de manuten. observ. 88. nº 83. in fin. Constantin. ad Stat. Urb. adnot. 8. art. 3. nº 336. et 363.

Contra vid. Pellegrin. prax. p.ª 2. sect. 2. subsect. 2. nº 26. Sed vid. distinguentem Dec. cons. 32. per tot. Mandr. de iuram. p.ª 2. art. 2. nº 33. Michalor. de posit. cap. 28. per tot.

li, qui ex forma ſtatutorum iudices eſſe non poſſunt; & remanentes conciliarij intelligantur eſſe numerus legitimus, etiam ſi non eſſent octuaginta.

Qui petierit aduerſus Rempublicam, & non obtinuerit, ſed Reſpublica fuerit abſoluta cadat in pœnã denariorũ ſex pro qualibet libra quantitatis ſeu valoris rei petitæ, ſeu illius partis, pro qua non obtinuiſſet.

Et eodem modo procedatur ſi Reſpublica, ſeu agentes pro ea voluerint aliquid petere contra aliquem.

Et Declarato, quòd per hoc non ſit impedita iuriſdictio magiſtratuum, quibus per leges data eſt auctoritas ſoluendi, exigendi, & ſolidandi de illis, quæ ad eorum officium pertinent.

De petitionibus. *Cap. XIII.*

IN qualibet cauſa admittatur loco libelli, qualiſcumq; petitio quomodolibet formata, ſeu aliud, quod vim petitionis habeat, poſſitque huiuſmodi petitio corrigi detrahendo etiam non refectis impenſis, antequam lis conteſtetur, vel pro conteſtata habeatur; quod intelligatur ſtatim incœpto termino probatorio: Poſſitq; tali caſu procedi in eadem inſtantia, eodemq; iudicio tàm ſuper petitione, quàm ſuper correctionibus abſque nouæ petitionis oblatione, ſed poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata, vt ſupra habitam, correctiones, & emendationes nullatenus admittantur.

Contra huiuſmodi petitiones (dummodo expreſſus error in eis non appareat) non poſſit obijci, neq; opponi exceptio libelli obſcuri, conditionalis dubij incerti, ſeu male formati, aut alia quæcunq;, ſed prædictis exceptionibus, & quacunq; cauillatione non obſtantibus procedatur in cauſa, & ad ſententiam, ac ſi oppoſitæ non fuiſſent, & intelligatur actor ſuper eo, quod petijt, & proſequi voluit, deduxiſſe in iudicium omnia iura, quæ habere probauerit, & ſimiliter reus deduxiſſe in iudicium ſuper eo, quod petitum fuit omnes ſuas defenſiones, quas habere probauerit, & opponere voluerit, ita vt actor agere, & reus defendere poſſint omni eo meliori modo, iure, & forma, quibus reſpectiuè melius poteſt fieri.

De poſitionibus, & interrogationibus. *Cap. XIIII.*

Vid. [illegible] cod. 1170. et 1173. [illegible] obſerv. 83.

POſſit vtraque partium tàm in præparatorijs, quàm intra tempus probatorium in cauſis facere poſitiones, & interrogationes, quòd aduerſarius ſit hæres, & an ſit, vel non ſit hæres, & etiam quòd poſsideat, & an poſsideat nec ne, & quòd ſcripturæ priuatæ oſtendendæ, ſint manu propria, & de litteratura dicti aduerſarij, & citatus ad reſpondendum huiuſmodi poſitionibus, ſeu interrogationibus teneatur reſpondere in omnibus, vt ſupra.

Vid. [illegible]

Citato non reſpondẽte, vt ſupra, poſitiones, & interrogationes reſpectiuè habeantur pro cõfeſsis, vel negatis ad vtilius ponẽtis, ſeu interrogãtis.

Confeſsio per Statutum inducta non debet [illegible] quam vera. [illegible] ad Bart. in [illegible] ex hoc edicto [illegible] ff. de damn. infect.

Huiuſmodi poſitiones à Stat. conceſſæ fieri debent in ſpecie et non in genere. Vid. [illegible]

Si aliqua partium requisiuerit, & citari fecerit aduersarium intrà terminum probatorium ad respondendum,& dicendum an contenta in titulis depositis in causa,& admissis sint vera,nec ne, teneatur citatus respondere cum iuramento,& sub vinculo sacramenti dicere veritatem; non possit tamen exinde deduci, neque disputari, an dictæ responsiones sint,vel non sint satisfactoriæ.

Responsiones,de quibus supra etiam absente parte factæ, valeant, ac si fuissent factæ in iudicio præsente parte,& acceptante.

Cæteræ verò omnes positiones,& interrogationes partibus faciendę non admittantur,neq; fieri possint,cum maxime experientia docuerit non solere apportare nisi dilationes,& confusiones.

De notarijs actuarijs. Cap. XV.

ACtuarij,& scribæ curiarum teneantur horis deputatis assistere officijs,& magistratibus eorum respectiuè.

In qualibet scriptura præsentanda teneantur annotare annum, mensem, & diem,apponendo diei nomen,& numerum, quibus fuerit præsentata,seu deposita,& an fuerit in tertijs,vel in vesperis, & an ad bancum, vel extra bancum;& scripturis talia non habentibus, fides aliqua non adhibeatur,& pro non depositis habeantur.

Si in scripturis continentibus exhibitiones non fuerit facta specialis mentio de dictis exhibitionibus exprimendo particulariter nomina notariorum,qui de eis rogati essent,& annum, mensem, & diem quibus factæ essent,vel per quem afferuntur scriptæ,teneantur, & debeant actuarij in depositione scripturarum facere dictam specificam mentionem de singulis exhibitionibus,& earum numero,& super ipsis exhibitionibus,& vnaquaque earum debeant annotare manu propria qualiter fuerunt exhibitæ.

Mandata verò,& instrumenta bailiæ,& procurarum,quæ fuerint exhibita ad legitimandum personas registrentur per actuarios apud acta causarum expensis producentium ; nec possint restituere dicta instrumenta,& scripturas bailiæ,& mandatorum illis,qui exhibitiones fecissent, nisi prius registratæ fuerint.

Citationes,& præcepta fiant adiecto nomine notarij.

In sententijs tàm interlocutorijs, quàm definitiuis teneantur apponere testes adhibitos.

Teneantur etiam per se ipsos,& non per alios recipere acta, scripturas, & sententias:Possint tamen præcepta,& interlocutoriæ subscribi, & recipi per alium,seu alios notarios pro actuario.

Examinatio verò,& interrogatio testium, non possit committi, neq; delegari alicui,nisi notario,quando actuarius est legitimè impeditus iudicio magistratus,& eius mandato ad notitiam partis.

Cætera acta, & sententia non possint ab alio recipi, nisi impedito actuario ob infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum iudicio magistratus.

Respondere. Responsio hec deberet esse cum iuramento, licet statutum non exprimeret. Vid. Menoch. de recuper. remed. 15. n.° 238.

Positio an quis uti velit scriptura exhibita, quod illam intendit reicere de falso an procedat. Vid. Armenzan. decis. 2.

Negligentia Cancellarij Partibus non preiudicat. Vid. De Comit. decis. 69. n.° 52.

Suspectum allegare. Notarius suspectus nequit allegari ab eo, qui impetravit licentiam, vel immissionem, aut aliam provisionem voluntariae iurisdictionis et in actis eiusdem Notarii citatus ad instantiam eius, qui lesitus a dicta provisione pro obtinenda illius revocatione, seu declaratione non obstite nec obstuit. Ita decisum de mense Xbris in actis Notarii Jo: Petri Jugira pro Jo: de lanis contra Jo: Philippum Mariam Deferrariis a M. Pretore Urbano. Item etiam anno 1725 die ..... a Illustrissimo Domino de Novellis Priore Rotae Civilis pro M. Dominico Lazaro nomine contra M. Antonium Abecclesia in actis Notarii Calvi contra quam pronunciationem fuit recursum a dicto Abecclesia ad DD. Supremos pro habendo non licuisse, sub die .... et acriter discussa fuit propositio reprobata.

Exemplum

Anno 1731. 13 Julii fuit per M. Rotam pronunciatum allegationem Notarii de suspecto non esse attendendam in causa inter Deputatos a Serenissimo Senatu cum facultate restringendi bona, et effectus rationis cantantis sub nomine Leonardi, et Jo: Stephani Frugoni ex una, et M. Rosam sororem Frugonam uxorem M. Jo: Antonii Frugoni ex alia parte, in qua cum esset quaestio, an facta protestatione per dictos MM. Deputatos sub die .. Junii huius anni 1731. in actis Notarii Joseph Montaldi Conductoribus bonorum dictae rationis ne quoquomodo disponerent de pensionibus, et clavibus ipsorum bonorum favore dictae M. Rosae, in quorum possessionem ipsa pro tuitione suarum dotium immissa fuerat, et exinde sub die 16. dicti parte dictae M. Rosae reprotestatione sequuta, impetratoque praecepto directo dictis MM. Deputatis ad videndum pronunciari protestationem non afficere, ac facta per dictos MM. Deputatos allegatione Notarii Actuarii de suspecto, an haec allegatio esset attendenda nec ne, et fuit pronunciatum ut supra, et in deliberatione Rotae stetit in decreto. Facit Andreol. controv. 230. n.° 12; et 15.

Pro suo interesse. Citatus pro suo interesse non dicitur necessarius defensor et proinde non potest Notarium suspectum allegare Dec. in cap. cum inter n.° 35. de except., Sard. decis. 26, Siur. decis. n.°

Ambobus Notariis. Si acta non recipiuntur ab ambobus Notariis sunt nulla. Rot. post Barth. de manuten. decis. 183. n.° 3, Suarez de Paz prax. ad rot. ultim. ad Tabellion. n.° 88.

Teſtes examinati, & acta facta contra diſpoſitionem præſentis ſtatuti ſint nulla.

Actuarij obligati ſint notitiam facere ſcribæ ſupremorum ſyndicatorum de omnibus,& ſingulis contrafactionibus,ſiue iudicum, ſiue partium ſecutis,& hoc intra dies tres ſecuturos à ſcientia ipſorum actuariorum,quam habere intelligantur ex actis cauſarum, quarum reſpectiuè ſunt actuarij.

Omnia prædicta obſeruentur ſub pœna vſque in libras quinquaginta pro qualibet contrafactione arbitrio ſupremorum, ſeu minorum ſyndicatorum.

Qui voluerit in aliqua cauſa, ſeu requiſitione notarium ſuſpectum allegare,vel petere prouideri de notario confidenti, teneatur illud facere intra diem vnum iuridicum immediate ſecuturum à die primi præcepti ſibi tranſmiſsi, etiam ſi tempus in dicto præcepto appoſitum eſſet longius,& etiam ſi citatus nondũ vellet reſpondere petitioni, ſeu executioni,aut requiſitioni ſalua diſpoſitione ſtatuti de pręceptis in dominium tranſmittendis, alioquin non poſſit amplius notarium ſuſpectũ allegare,neq; iurare, neq; petere confidentem eligi ſaluo ſemper beneficio ex forma capitulorum competenti illis,qui alieno nomine,vel de geſtis per abſentem conueniuntur, & ſaluis his,de quibus infra.

Vbi verò notarius fuerit allegatus ſuſpectus debeat fieri ſubrogatio alterius ex notarijs illius magiſtratus, vel ex notarijs, qui ad recipienda acta eiuſdẽ magiſtratus admitti poſſunt,receptis confidentibus à partibus: & ſi plures principaliter conuenirentur, vel pro ſuo intereſſe citarentur,& omnes,vel aliquis allegaret notarium ſuſpectum, ne in ſubrogando fiat confuſio,vel diuiſio proceſſus,ſubrogatio fieri debeat ſorte receptis ſuſpectis à partibus.

Declarato quòd qui non citatus comparuerit in cauſa, ſeu iudicio pro ſuo intereſſe,non poſſit allegare, neq; iurare notarium ſuſpectum,niſi eſſet principalis citati.

Vbi autem ad cauſas, ſeu in curia alicuius magiſtratus eſt deputatus vnus ſolus notarius,non poſſit idem notarius aliquo modo allegari, neque iurari ſuſpectus,ad hoc vt fiat ſubrogatio,& ſi allegaretur, & iuraretur,non poſſit fieri aliqua ſubrogatio, ſed ſolum debeat magiſtratus tali caſu adiungere alium notarium, hoc eſt Genuæ ex notarijs actuarijs Collegij, & alibi ex notarijs loci, ſeu iuriſdictionis magiſtratus; quæ adiunctio fiat, vel datis confidentibus ſi vnus tantum erit aduerſarius,vel datis ſuſpectis ſi plures vt ſupra, quo caſu adiunctionis acta recipiantur ab ambobus notarijs; ſed merces, & ſalarium notarij adiuncti pro actis vtriuſq; partis ſoluantur per allegantem, ſeu iurantem notarium ſuſpectum.

Quando aliqua partium allegat,ſeu iurat actuarium ſuſpectum in examinandis teſtibus, vel in recipiendo reſponſiones interrogationibus faciendas,adiungatur in dicto examine, & reſponſionibus alius notarius ex his,de quibus ſuperius reſpectiuè dictum fuit, ſiue datis confidentibus,ſiue ſuſpectis iuxta ordinem prædictum;quo caſu huiuſmodi

adiunctionis,tituli,interrogatoria,& dicta testium quousq; fuerint publicata remanere debeant penes notarium adiunctum, & postea tradi primo actuario reponenda in alijs actis causæ.

Omnes subrogationes,& adiunctiones notariorum,vt supra in quocunq; casu, fiant in termino vnius præcepti, nullo alio expectato;& si aliqua partium non compareret fiant per magistratum in contumaciam non comparentium.

Declarato quòd vbi esset facienda subrogatio, siue adiunctio notarij, & omnes partes conuenirent in eligendo vno, non datis confidentibus, neq; suspectis,fiat subrogatio,seu adiunctio de illo.

In dandis confidentibus teneantur partes alternatim dare nomen vnius incipiendo ab ea,quæ notarium suspectum allegauerit, & sic alternatim procedere quousque ambæ in vnum nomen conuenerint, dando tantum nomina omnium notariorum, qui ex forma præsentis capituli ad acta illa recipienda admitti possunt, exceptis dumtaxat per quãlibet partium nominibus notariorum ei suspectorum, qui non possint esse nisi tres pro qualibet ipsarum partium; quarum si aliqua id non obseruaret, magistratus faciat subrogationem seu adiunctionem in contumaciam non obseruantis.

In dandis verò suspectis, non posit magistratus recipere, nisi vsque in tres suspectos pro qualibet parte, nisi quando ab vna stant seu sunt plures, quo casu possit magistratus recipere vsq; in sex suspectos repartiendos inter eas, vt eidem magistratui videbitur: nomina verò omnium aliorum notariorum, qui ex forma præsentis capituli ad illa acta recipienda admitti respectiue possunt, describantur in cedulis æqualibus,quibus in saculo repositis vna extrahatur sorte, & notarius cuius nomen in ea erit descriptum,sit subrogatus,siue adiunctus secundum rei,aut casus indigentiam.

Sed quoniam quandoq; tempore sententiæ definitiuæ proferendæ,actuarius allegatur,seu iuratur suspectus,possit magistratus, si ei videbitur, vnum ex dictis notarijs adiungere à se ipso absq; aliqua partis citatione: vel posit nihilominus procedere etiam ad sententiæ prolationem,nulla habita ratione de huiusmodi allegatione, seu iuramento.

Omnes aũt & singulæ cæteræ allegationes, & iuramenta suspicionis actuarij quandocunq; ex quauis causa, & sub quibuscunque verbis conceptæ non admittantur, sed sint ipso iure nullæ, & haberi debeant ac si nunquam factæ fuissent, & eis non obstantibus acta, & sententiæ valeant,perinde ac si receptę fuissent à notario confidenti.

De citationibus in Dominium transmittendis. *Cap. XVI.*

Citationes, & pręcepta, quæ per magistratus ciuitatis Genuæ conceduntur transmittenda in aliquam ciuitatem,oppidum, terram, seu locum dominij cum appositione termini competentis exequi debeant,intelligaturque terminus competens tempus dierum sex,à die pręsentationis pręcepti, & vltra diei vnius pro singulis viginti milliarijs distan-

Condemnatus pro contumaciam non solvit expensas. Vid. Avendan. de [illegible], et [illegible] decret. p. 3 n. 13. et seqq., ubi dicit ex quo alia causa excusetur contumacia.

diſtantiæ loci exequuti præcepti ad ciuitatem Genuæ.

Vbi aliàs præcepta deberent eſſe tria, ſufficiat in huiuſmodi citationibus in dominium tranſmittendis vnicum præceptum pro omnibus tribus, quod procedat etiam in diſpoſitione ſtatuti de contumacibus, dum tamen vnà cum præcepto tranſmittatur copia petitionis.

De contumacibus. Cap. XVII.

COnuentus coràm magiſtratu ciuitatis exiſtens in ciuitate, vel ſuburbijs, & conuentus coràm magiſtratu dominij exiſtens in eius iuriſdictione, qui citatus fuerit ter perſonaliter, vel ſaltem ſemel perſonaliter, & bis ad domũ ſuæ ſolitæ habitationis, & conuentus exiſtens extra ciuitatem, aut extra iuriſdictionem magiſtratus reſpectiuè, qui citatus fuerit ſemel perſonaliter cum tranſmiſsione copiæ petitionis, ſi non reſponderit in actis cauſæ per ſe, vel per procuratorem ſuum legitimum ſit contumax, & iura actoris audiantur plenarie à magiſtratu contra ſic citatum, tanquam ſi citatus eſſet præſens, & actore iurante, & ſacramentum calumniæ præſtante, quòd contenta in eius petitione ſunt vera, teneatur magiſtratus ſtare dicto iuramento, perinde, ac ſi citatus vt ſupra eſſet præſens, & interrgoatus ſuper contentis in dicta petitione confeſſus fuiſſet illa eſſe vera; & condemnetur dictus non comparens in contumaciam ſecundum iura audita: ad quam condemnationem, & ſeu ſententiam teneatur magiſtratus procedere, dicto non comparente vlterius neque ad ſententiam, neque ad aliquid aliud citato.

Si verò citatus vt ſupra comparuerit, & reſponſionem ad merita cauſæ non fecerit, licet vel notarium ſuſpectum allegauerit, ſeu iurauerit, vel iudicis incompetentiam, aut perſonæ aduerſarij illegitimationem oppoſuerit, & poſtea facta prouiſione ſuper huiuſmodi exceptionibus, citatus ſemel perſonaliter ad reſpondendum meritis, non reſponderit, condemnetur nihilominus in contumaciam in omnibus vt ſupra, non obſtantibus prædictis comparitionibus.

Et hæc omnia, & ſingula ſine remedio appellationis, & ſalua diſpoſitione ſtatuti de officio tutorum, & curatorum.

Secuta autem huiuſmodi condemnatione teneatur Magiſtratus, qui condemnauerit, facere ſtatim notificationem dictæ ſententiæ exequendam perſonaliter reſpectu magiſtratuum ciuitatis Genuæ, ſi condemnatus poterit tunc perſonaliter inueniri in ciuitate, vel ſuburbijs, & reſpectu magiſtratuum dominij, ſi condemnatus poterit perſonaliter inueniri in ſua iuriſdictione; & ſi inueniri, vt ſupra condemnatus perſonaliter non poterit, præconizetur dicta intimatio in contracta ſolitæ habitationis condemnati, & denuntietur in domo, & familia ipſius, & affigatur oſtio eiuſdem domus; à qua notificatione, & intimatione altero ex modis prædictis facta, poſt dies quindecim immediate ſecuturos ſententia tranſeat ipſo iure in iudicatum, ſine remedio appellationis vt ſupra.

Condemnatus per contumaciam, vt ſupra, ſi per ſe, vel perſonã legitimã pro

pro eo comparuerit coràm magiſtratu, qui eum condemnauit, & expenſas cauſæ, ſi certæ erunt, depoſuerit, vel ſi erunt incertæ, de eis ſoluendis facta taxatione idoneam fideiuſſionem præſtiterit, & hæc intra dictos dies quindecim immediatè ſecuturos à notificatione, ſeu intimatione, de quibus ſupra, iura partium denuò audiantur, & ſententia contumaciæ pro non facta habeatur, ac ſi lata non fuiſſet; quo caſu purgans vt ſupra contumaciam poſſit facere quaſcumq; oppoſitiones, quas facere potuiſſet, ſi in termino præcepti, ſeu præceptorum antea factorum comparuiſſet.

Sanè ſemper intellecto, quòd ſi purgans contumaciam reſponderit abſq; oppoſitione, ſeu exceptione dilatoriarum, terminus probatorius incipiat à die purgatæ contumaciæ.

Conſecutus ſententiam per contumaciam, qui ante eam per ſe, vel perſonam legitimam pro eo de eius ſcientia ſummam in ſententia contentã recepiſſet, vel de ea remiſſionem, aut quitationem feciſſet, condemnetur pro pœna in duplum quantitatis petitæ, cuius medietas ſit condemnati; & vlterius tali caſu non poſſit exigere ſummam in ſententia contentam, & eam exactam reſtituere teneatur.

Sed ſi quitatio, remiſſio, vel liberatio, & ſeu condemnatio contumaciæ fuiſſet facta per perſonam legitimam abſque ſcientia ſua, condemnetur duntaxat in quintam partem ſummæ in ſententia contentæ, vltra non exactionem dictæ ſummæ, & exactæ reſtitutionem vt ſupra.

Intelligatur tamen principalis ſciuiſſe, ſi tempore exactionis, liberationis, vel quitationis factæ per perſonam pro eo legitimam de ſumma contenta in ſententia contumaciæ ab ipſo principali obtenta erat in ciuitate, ſeu loco, in quo ſumma fuit exacta; vel ſi tempore ſententiæ de contumacia obtentæ per perſonam pro eo legitimam continentis ſummam, quam ipſe exegiſſet, vel remiſiſſet, erat in dicta ciuitate, vel loco, in quo lata eſt ſententia, vel ſi tempore exactionis, remiſſionis, ſeu liberationis factæ per perſonam legitimam, & tempore ſententiæ de contumacia per dictam perſonam legitimam obtentæ, erat in dicta ciuitate, ſeu loco.

Et idem intelligatur de cedente, qui ſolutionem recepiſſet, vbi ceſſionarius debitum ceſſum exegiſſet, eo exiſtente in ciuitate, ſeu loco iudicij.

Saluis autem præmiſſis, ſi quis aduerſarium ſuum citari, aut moneri in cauſa fecerit, quòd non recedat de ciuitate Genuæ, vel de iuriſdictione magiſtratus, niſi dimiſſo in cauſa ipſa procuratore legitimo, & inſtructo cum comminatione, quòd aliàs citabitur oſtio palatij, vel in loco ſolito, & dictus aduerſarius non relicto in cauſa procuratore receſſerit, poſſit ille, qui citari, ſeu moneri fecerit, vt ſupra ipſum aduerſarium citari facere ad omnes, & ſingulos actus in dicta cauſa faciendos oſtio, ſeu loco prædictis.

Et ſimiliter ſi ille, qui præcipi, ſeu moneri fecerit, vt ſupra, receſſerit è ciuitate, ſeu iuriſdictione, non relicto in cauſa procuratore vt ſupra, poſſit citatus, ſeu monitus ad non recedendum citari facere aduerſarium abſentem in ea cauſa oſtio palatij, ſeu loco prædictis, etiam quòd eum

An si minor fuerit contumax teneatur ad expensarum refectionem Fachin. lib. 10. cap. 12.

Licentia ad formam huius Stat. concessa Clerico an valeat. Vid. Casarex decisi. 13 per tot.

Contra debitorem qui promisit solvere q. D. C. ad omnem voluntatem et requisitionem creditoris non potest a Rota relaxari licentia ex officio. Vid. vot. MM. Bartholomei de Turri et Vincentij Dalmate reddita sub die ... 1663 inter MM. Agrolos ex una et M. Stephanum Vacchetum ex alia. Vol. 3. consil. manuscript. M. Io. Peratij.

Intelligi debet de debito confesso valido. manuscript. lib. 1. disc. 6. fol. 23. in fine. et quid si nullitas debiti confessi sit dubia. manuscript. lib. 1. discurs. 5.

Decisio

Fuit decisum quod nec tunc creditore nomine indebito confessionis possit per Rotam relaxari ex officio licentia heredi si est ex ascendentibus et descendentibus, si vero ex transversalibus, sit prius requisitum debitori ad opponendum quicquid sic observatur.

Omnia quod si huiusmodi intra non essent liquida et certa, sed liquidanda ante liquidationem non sunt exequibilia ex Socin. Sen. cons. 51. lib. 1.

Dies quindecim post assignationem dierum 15. ad formam huius Stat. non dant instantia in his casibus, ut fuit decisum per Ex.mum die 30. Aprilis per M. Rotam in causa mota usque de anno 1611 per M. Io. Stephanum Garibaldum contra D. Stephanum Violanum in actis Io. Laurentij Asereti Not. patrocinante Io. Peratio.

Dies termini licet uni tantum assignatus, tamen est communis utrique parti. Vid. Castren. cons. 229. n. 2. lib. 2.

Hoc statutum non preiudicat forensi. Noguerol. alleg. 36. n. 38, et quomodo sit intelligendum Noguerol. ibid.

Legitime si importat quod testes debeant examinari parte citata. Noguerol. alleg. 36. n. 41 et seqq. ad hoc statutum vol. ... Benedicti Masanj redditum ... anno 1654.

Periti super recognitione litterarum que debeant considerare, et quomodo deponere. Vid. que fuit tradit. consil. in vol. 2. Rot. Criminal. Gen. n. 32. et seqq.

Testes Testes summarie examinati quando sufficiant in puncto huius statuti. Vid. Rot. Gen. penes Barducci decis. 19. n. 29. et de legat.

Districtuales quid sit vid. Abb. cons. 20. n. 2. Capyc. decis. 651. ubi quod sub nomine districtus venit etiam Civitas et suburbia.

Cives Civium Ianuensium appellatione qui proprie veniant. vid. Roland. de lucr. dot. q. 22. n. 123.

Districtuales qui sint vid. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 6. rubr. 23. n. 6.

Testes ab una parte producti et adversario citato iurati possunt invito producente cogi ad testimonium perhibendum. Iustor. decis. 106. per tot.

non admonuiſſet.

Quæ quidem citationes validæ ſint,& pro validis,& iuridicis habeantur, niſi in caſibus aliter per ſtatuta expreſsè diſpoſitis.

De confitentibus debitum. Cap. XVIII.

SI quis debitum in iudicio legitimè confeſſus fuerit, magiſtratus teneatur eum condemnare ad ſoluendum debitum prædictum intra dies decem immediatè ſecuturos,quibus tranſactis,ſententia ſuam executionem paratam habeat,vt cæteræ ſententiæ,quæ in iudicatum tranſiuerunt,nulla admiſſa exceptione.

Quòd ſi debitor probare voluerit ſolutionem, aut remiſſionem ſecutam poſt confeſſionem factam, ſeu poſt terminum aſſignatum, admittatur ad dictam probationem faciendam,non retardata executione, neq; ſolutione,ſi per creditorem præſtita fuerit idonea fideiuſſio de reſtituendo dictam ſummam,& duplum in caſu ſolutionis,vel remiſſionis, vt ſupra probatæ,ad quã,& quod tali caſu creditor condemnetur debitori.

Pro ſummis verò,ſeu rebus, quæ continentur in confeſſionibus factis in iudicio abſq; aliqua præcedenti petitione,quæ debita confeſſa appellari ſolent,finito termino concedantur per notarios ex officio licentiæ expeditæ nullo requiſito,& hoc ſi licẽtia fuerit petita intra annos quinque immediatè ſecuturos à die aduenti termini ſolutionis appoſiti in debito confeſſo;alioquin tranſactis dictis annis quinq; magiſtratus ſtatuat terminum ad probandum contra tale debitum,qui terminus non excedat dies quindecim,& pro ſolutione probata nõ cõcedatur licẽtia

A contentis in præſenti ſtatuto non poſſit appellari, ſed ſolum ſint ſalua vtrique parti iura in iudicio ordinario.

De probatione ſcripturarum priuatarum. Cap. XIX.

AD probandum litteraturam ſcripturarum priuatarum ſufficiant teſtes ſaltem duo legitimè examinati,qui deponant de dicta litteratura iudicio ipſorum,eo quia viderint eum,de cuius litteratura tractatur pluries ſcribere.

Et ad probandam,ſeu recognoſcẽdam littēraturam notariorum, & legalitatem ſcripturarum publicarum deforis ſufficiat atteſtatio, ſeu ſubſcriptio ſub eis trium teſtium ad minus, quorum litteratura recognoſcatur,& teſtificetur per teſtes modo prædicto.

Præſens ſtatutum habeat locum duntaxat inter ciues, & diſtrictuales, & ad beneficium ciuium,& diſtrictualium tantum.

De his, qui vocantur ad teſtimonium. Cap. XX.

MAgiſtratus ad inſtantiam cuiuslibet partium teneatur cogere quẽcumque,qui teſtimonium reddere debeat ad dicendum veritatẽ, & veritati teſtimonium perhibendum in cauſa, ſeu differentia coràm ipſo

ipso magistratu vertēte, seu super titulis, & interrogatorijs continentis in litteris subsidialibus corā ipso præsentatis, & hæc sine fraude, & super tota causa, etiā si plus scirent, quā in titulis contineretur; qui testes vocati teneantur iurare, vt supra in actis notarij, & veritatē testificari.

Si iurare voluerint, vel iurati noluerint testificari, seu recusauerint, aut instati non iurauerint, vel testificati non fuerint, mulctentur per magistratum causæ, seu iudicem ordinarium vsque in æstimationem litis, vel cogantur captis pignoribus, seu per detentionem personæ arbitrio magistratus, nullo iuris ordine seruato, & sine remedio appellationis; Et si durante tempore probatorio non iurauerint, vel exinde intra debitum tempus testificati non fuerint, condemnentur omniuo ad interesse litis; & cogat eos magistratus ad soluendum dictum interesse intra dies quindecim.

In prædictis saluum semper sit iustum impedimentum arbitrio iudicis.

Si testes habitauerint longè à loco, vbi testificari deberent vltra milliaria quinque, debeant eisdem solui expensæ, & sumptus itineris, & merces dierum amissarum arbitrio magistratus, ab illo, ad cuius instantiam vocantur ad testimonium perhibendum, nec aliter venire cogantur.

Testes prædicti recipiantur per notarium actuarium, & per adiunctum, si fuerit, vel per deputatum in concessione literarum pro testibus examinandis, & ab alio recepti nō valeant, & pro nulliter receptis habeātur.

Non tamen recipi possint super vno articulo, seu titulo plusquam octo testes, & recepti vltra dictum numerum non valeant, in quibus non computentur, qui super eo, se nihil scire dixerint.

Nec possit admitti testimonium alicuius, qui se referat ad testificata aliàs per eum; sed deponere debeat verbis claris, & expressis, non dicendo simpliciter contenta in titulo esse vera, sed explicando vulgari sermone verba, quæ scribi debeant per notarium, pro vt ab ore testium exprimuntur, aliter verò eorum dictum non valeat.

Testimonium mulierum non in loco secreto, sed ita aperte recipiatur, vt à personis videri possint, non autem ab aliquo audiri.

Litteræ pro examinandis testibus tàm in locis dominij, quàm extra, si concessæ fuerint, dirigantur iudici, de quo partes concordarent, & testes examinentur per notarium, de quo etiam partes fuerint concordes, vel dirigantur iudici ordinario, & examinentur per actuarium curiæ illius iudicis; vel existente aliqua iusta causa, propter quam iudex ordinarius, & notarius actuarius ad prędicta admitti non debeant arbitrio magistratus, dirigantur litteræ iudici eligendo per ipsum magistratū, & examinentur per notarium per eum pariter eligendum.

Ad officium magistratus spectet cassare, & resecare interrogatoria, quæ sibi videbuntur impertinentia.

Vid. Ricc. collect. 691.

De testibus ad æternam rei memoriam recipiendis. *Cap. XXI.*

PRior Rotæ ciuilis causarum executiuarum in Ciuitate Genuæ, & magistratus in dominio debeant examinari, & recipi facere ad instantiā cuiuslibet

Mulctentur, si electo uno ex his tribus remedijs contra debitorem, puta detentione personali, si in illo plenè est con-
sultum, non potest deveniri ad aliud, vel variari ad captionem pignorum, secus autem uti, si remedium electum non esset
plenè consultum. Angel. in l. qui restituere nº 5. versic. singul. in fin. ff. de rei vindicat. et in specie huius
Stati. Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra in verbo Testium dispositio nº 199. versic. nunc de prosat.

Dierum ammissarum, si ceteris examinari testes debet devenire cum viaticum nonvolo pro diebus quibus
accedunt, et recedunt, et examinantur, sed etiam pro tempore quo pars dat interrogatoria. Mascar. de senten.
lib. 1. cap. 2. nº 12. et seqq. Cocciñ. annot. decis. 96. let. 130. ff. tot. lib. 1.

Testes ad aeternam rei memoriam possunt recipi die feriato gloss. in ... verbo .. ut ibi Bald. ff. de fer.
quamquam non possint publicari Bald. cons. 12. lib. 2.

Reus potest impedire hanc testium examinationem offerendo se paratum ad suscipiendum iudicium et
litigandum nam tunc non poterunt examinari. Angel. in authent. de testib. §. et hic cons.
vid. etiam Sacc. de iudic. lib. 1. cap. 6. dist. 5. nº 126.

Ut dicantur legitimè examinati huiusmodi testes vid. Socin. Iun. cons. 86. nº 12. et seqq. vol. 2.

Licet testes ad aeternam, si debeant examinari coram illo Iud. coram quo lis deberet agitari, tamen ex causa,
puta quando illi testes essent brevi recessuri, vel dubitaretur de eorum morte, ita quod mora periculum posset afferre,
tunc possent examinari coram alio quocumque iudice Iason in l. si iudicium admonendi sub nº 115. ff. de iudiciis.

Si Testes essent mortui probata eorum morte bona voce et fama probant. Text. in l. fin. C. de testib. et ibi DD. Farinac. q. 7. n° 19. et q. 72. n° 181. et cons. 55. n° 99. et ibi additio ult. D.

Assessor non iudicat, sed consulit. l. 1. ff. de offic. assessor. quia non habet iurisdictionem delegatam nec ordinariam. Gratian. cap. 100. n° 66. Ansald. de iurisd. p. 2. tit. 12. cap. 31. n° 26. et ns. glos. ultim. in d. l. 1.

cuiuslibet petentis, etiam nulla vertente causa, seu differentia, testes quoscunque, qui essent infirmi, vel constituti in senectute, quæ intelligatur ab annis quinquaginta supra, vel qui essent parati in longũ iter proficisci, quod intelligatur per mare vltra oras maritimas, seu riparias, & in terra per milliaria quinquaginta vltra dominium, super titulis producendis super aliquo facto, de quo credat, speret, vel timeat controuersiam alicui mouere, seu sibi ab aliquo mouendam fore, siue in dominio, siue extra, & super interrogatorijs producendis per citatũ in termino præcepti per magistratum concedendi.

Declarato, quòd si ille, contra quem testes erunt producendi, seu qui erit citãdus, esset absens, citatio fiat, seu exequatur in domo dicti absentis, & duobus ex eius proximioribus propinquis; & vt supra executa valeat, ac si personaliter data fuisset.

Idem fieri possit si causa, seu quæstio fuerit incohata; non seruiant tamen in illa causa, in qua iam transactum esset tempus probatorium, quando hoc pacto testes recipiuntur.

Possint etiam pro dicto examine faciendo concedi litteræ in iuris subsidium etiam extra dominium dirigendæ iudici, de quo partes coràm magistratu conuenerint, aliàs per magistratus eligendo.

Si in huiusmodi citatus notarium suspectum allegaret, teneatur absque aliqua citatione comparere eadem die cùm confidentibus, & fiat subrogatio receptis confidentibus à partibus, aliàs per magistratus, etiam parte non citata.

De infirmitate, vel senectute, aut quòd testis paratus sit longum iter facere, credatur iuramento ipsius testis recipiendi.

Examinatis huiusmodi testibus publicentur eorum dicta, etiam nulla existente causa, si producens publicationem petierit, quo casu non possit amplius super eisdem titulis alios testes producere: si verò non petierit publicationem, conseruentur testimonia sub secreti sigillo, quousque ad instantiam producentis, vel mandato iudicis publicata, & aperta fuerint.

Sic producti examinati, & publicati valeant, & fidem faciant non obstante quacunque dispositione iuris communis in contrarium.

Sed respectu eorum testium, qui examinati fuissent, parte personaliter nõ citata, si tempore litis testes, vt suprà examinati essent viui, & præsentes in loco vbi lis, seu causa agitaretur, possit pars aduersa, si voluerit, eos interrogari facere super interrogatorijs per ipsam deponendis, & testes teneantur illis respondere.

De assessore. Cap. XXII.

Non possit in aliqua causa, neque aliquo articulo, seu casu peti assessor, nec petitus dari possit, nisi id expresse per aliquod statutum, seu ordinem Reipublicæ concessum sit.

Vbi in aliquibus causis, vel casibus assumendus erit assessor, vel consultor, assumi debeat publicus, & non secretus, & si assumeretur secretus, assum-

assumptio, processus, sententia, & quicquid exinde sequeretur non valeat ipso iure.

Quicunque magistratus comprehensis etiam arbitris, & arbitratoribus, qui assessores, seu consultores secretos assumerent, teneantur soluere partibus impensas, & interesse, nisi id fieret de voluntate ipsarum partium, aut ex facultate expressa in bailia ipsius magistratus.

Nullus possit assumi assessor, qui in illa causa fuisset prius iudex vel aduocatus, neq; qui sit uassallus illius, ad quem causa in totũ, seu pro parte spectet, nec qui ab eo habeat annuale beneficiũ, & hæc vltra, & salua semp dispositione statuti, ne quis iudicet in cã propria, vel propinqui.

Possit quęlibet partium in causis ordinarijs coràm capitaneo, seu prætore Porciferæ, capitaneo Vulturi, & prætore Bisamnis, seu eorum locumtenentibns petere intra dies tres à die primæ citationis assessorem super articulo competentiæ, vel incompetentiæ, & peritus, vt supra detur.

Teneatur tamen petens assessorem illum petere verbis claris, & expressis; & etiam si sic petitus non daretur, debeat petens in qualibet scriptura deponenda, & comparitione facienda per eum, repetere dictum assessorem, aliàs habeatur pro non petito.

Postquam quis assessorem, vt supra patierit, non possit à dicta petitione desistere, nisi de voluntate alterius partis.

Qui in ciuitate Genuæ, vel in tribus potestatijs, ut supra petierit assessorẽ, teneatur intra dies tres iuridicos immediatè numerandos à die, qua assessor assumptus fuerit, deponere, siue penes syndicatores, siue in vno ex cartularijs numerati sancti Georgij salarium dicto assessori dandũ, præsentato per eum consilio, vel restituendum deponenti, si assessor cõsilium non præsentauerit, & si causa non esset certa, æstimari debeat per magistratum intra dictos tres dies, quoad dictum salarium deponendum, & secundum æstimationem deponi.

Quòd si intra dictos tres dies iuridicos, ille, qui assessorem petierit, salariũ non deposuerit, assessor habeatur pro non dato, & non possit alius subrogari, neque dari, nec loco illius, nec super eo, quo ille assumptus fuerat; possit tamen si voluerit alera pars salarium, vt supra inrra dictum tempus deponere, quo casu seruiat, ac si ille, qui petijt, deposuisset.

Si assessor assumptus recesserit à ciuitate Genuæ, seu loco assumptionis ante depositum consilium, & steterit absens per dies decem continuos, sit statim elapsis dictis diebus decem exclusus ipso facto, & iure à dicta assessoria, & alius subrogari debeat; & similiter si fuerit impeditus propter infirmitatem, vel aliud huiusmodi impedimentum per dies quindecim, in quibus non computentur suspensiones eius causarum, si factę fuerint; remaneat etiã ipso iure, & facto exclusus, & alius subrogetur.

Postquam assessor fuerit, vt supra petitus, si exinde fuerit datus, non possint magistratus super articulis, seu causis, super quibus assessor fuerit assumptus, processus facere sine consilio dicti assessoris, & facti aliter sint ipso iure nulli, & teneantur dicti magistratus in totum sequi consilium dicti assessoris, nisi aliter per statuta, vel per eorum bailiam expresse esset dispositum.

Postquam assessore Contra de iure l. ad Principem ac. ff. de appell. l. 1. C. de relation. Castren. cons. 43. in antiquis. vit. Rot. decis. 133. n.° 17. p.te 2. tom. 1. Recen.

Non possint Iudex potest iudicare a se ipso non expectat.° cons.° sapientis petitionem partium ubi etiam causa commissa fuit cons.° Sapientis ad requisitione Partium Carpan ad stat. Med. c. 431. n.° 93.

Sigillatum § Ità etiam de iure. l. nemo ex iis 12. § hec callidis. C. de assessor.

Non potest assessor suum consilium recuperare l. Iudex 55. l. cum querebatur 62. ff. de re iudic. hec incontinenti l. Divi fratres 17. ff de iure patronat.

Transmisso cons.to non potest illud mutari vel revocari. Gurb. cons. 39. n.o 10.

Sententiam § Sententia incerta et que continet in se repugnantiam non valet. Everard. iun. cons. 135. n.o 16 cum segg., et n.o 35. et 36. Ancharan. cons. 203. n.o 3.

Neque arbiter potest proferre laudum incertum vel obscurum vid. Ricchard. in § curare 32. n.o 13. Instit. de action.

Si Iudex in Sententia dicat se remittere const. sapientis excedit. Sic sup.mi 1656. 13. 8bris in causa Io: Bapt. Buratti fol. 1652. n.o 595.

Sub pena § Ex his verbis inferebat arbitros non comprehendi q.a ipsi non tenentur ad interesse litis, nisi indica- verint sic fuerint per corruptelam, ut ex § final. de arbitr. l.o

Pro salario § assessor et Iudex habere debet salarium post conclusum in causa licet postea Partes inter se concordaverint, vel aliqua earum à lite destiterit, vel instantiam labi permiserit. Pastell. de expedit. 95. n.o 2. et latius adnotat. 93. n.o 2. et segg., Mascar. de senten. caso 33. n.o 8. et g., et n.o 16. cum segg., Balducc. ad Hamon. cons. 12. n.o 8. et segg., quemodmodum vid. pro declaratione.

Salarium taxari debet super petita non super eo quod consequi valet. Sob. consult. 62. post. lib. 2.

Non possit tamen aliquis assessor consilium formare, aut deponere causa, vel occasione inducendi aliquam partium ad prorogandum, aut alia ratione, occasione, seu causa simulata, vel dissimulata, sub pœna interesse litis; & nihilominus consilium ex quacunque causa formatum, propter hoc non sit nullum, sed remaneat firmum, & validum.

Teneantur assessores deponere consilium in scriptis clarum, lucidum, & decisorium, sed clausum, & sigillatum apud scribam causæ, & magistratus super articulo, seu negotio sibi commisso, si in interlocutorijs intra dies quindecim à die assumptionis, & si in tota causa intra menses tres in causa principali, & intra menses duos in causa appellationis à die assumptionis; & hæc omnia, & singula sub pœna amissionis salarij depositi, & soluendi tantundem illi, qui assessorem petierit; & etiam sub pœna in interlocutorijs à libris quinque in quinquaginta, & in definitiuis à libris viginti quinque in quingentis arbitrio supremorum, seu syndicatorum, quæ pœna sit applicata pro tertia parte illi, contra quē petitus fuisset assessor.

Quibus terminis respectiuè elapsis non possit aliquod consilium amplius deponi, nec sit amplius locus assessori, sed procedatur in causa, ac si nō fuisset petitus.

Nullus consultor, assessor, neque alius iudex possit sententiam ferre, vel consilium deponere sub conditione, propter quam redigi possit in arbitrium alterius, neq; pro vt in cedula, neq; per verba absoluo absoluendū, vel condemno condemnandū, neq; per verba similia, aut æquipollētia sub pœna interesse litis, & suspensionis, arbitrio syndicatorū.

Et postquàm consilium fuerit præsentatum notario actuario, non possit amplius ab eo recuperari, neque etiam per ipsum assessorem.

Assessores, qui dantur in ciuitate, dentur ex doctoribus, seu iudicibus collegij Genuæ, & in ciuitate existentibus, receptis confidentibus à partibus, quæ teneantur alternatim dare nomen vnius ex dictis doctoribus, incipiendo ab ea, quæ assessorem petierit, & sic perseuerare in dandis nominibus dictorū doctorum quousque in vnum conuenerint, exclusis suspectis, qui non possint esse vltra tres pro quolibet parte; & si pars citata ad dandum confidentes non comparuerit, & confidentes, vt supra non dederit, termino primi præcepti detur assessor per magistratū ex confidentibus cumparentis, in contumaciam non comparentis.

Collegium iuris peritorum non possit aliquo modo se intromittere in causis commissis alicui ipsorum, & non possit ab aliquo peti consilium totius collegij, & petitum non possit dari.

Non possit assessor habere pro eius salario vltra denarios sex pro libra, si quæstio fuerit vsque ad libras ducentas, & à dictis libris ducentis supra denarios tres pro qualibet libra vsque ad complementum librarū mille, & ab inde supra denarios duos pro libra; dummodo tamen totū salarium non excedat scuta quinquaginta auri, in auro, & hoc quando assessores sunt super tota causa, quia in merè interlocutorijs salarium sit de soldis viginti; in interlocutorijs autem super potioritate iurium, & alijs, quæ vim definitiuæ obtinent, non possit habere nisi medietatem salarij superius taxati.

Instantia à Stat.° præfixa aliquot mensium intelligit de mensibus 30. dierum pro singulo mense Alex. cons. 114. n.° 12. contrarium tamen practicatur.

De temporibus, & instantijs. *Cap. XXIII.*

TErminus probatorius intelligatur durare per tempora reſpectiue de quibus in ſtatutis, De cauſis ordinarijs, & De cauſis executiuis, & alijs; & poſsit prorogari per magiſtratum cauſæ, in vna, ſeu pluribus vicibus vſque in medietatem temporis, quo vt ſupra reſpectiue durare debet; non currat tamen in ferijs natiuitatis Domini, Cinerum, Reſurrectionis Domini, & caloris.

Dilationes deforis tàm informatoriæ, quàm probatoriæ durent, & prorogari poſsint iuxta diſpoſita in ſtatuto de cauſis ordinarijs; & nullæ ſuſpenſiones, nullæ additiones, nullæq; prorogationes eiſdem ſeruiant.

Inſtantia cuiuslibet cauſæ principalis coràm quocunq; magiſtratu duret per menſes quattuor immediatè ſecuturos finito tempore probatorio, & dilatione deforis probatoria, vbi fuiſſet conceſſa; & poſsit per magiſtratum cauſæ in vna, ſeu pluribus vicibus prorogari vſque in menſes duos, ex iuſtis, & legitimis cauſis in prorogatione exprimendis.

Et inſtantia cuiuslibet cauſæ appellationis duret, ſi fuerit interpoſita à ſententia magiſtratuum ciuitatis Genuæ, per menſes duos, & ſi à ſententia magiſtratuum dominij per menſes tres immediate ſecuturos à die interpoſitæ appoſitionis; & poſsit per iudicẽ appellationis in vna, ſeu pluribus vicibus prorogari vſq; in medietatem temporis, quo reſpectiuè, vt ſupra durat, ex cauſis iuſtis, & legitimis per eum exprimendis in prorogatione.

De cauſis prorogationum, vt ſupra faciendarum, credatur dicto iudicis prorogantis abſq; aliqua alia probatione.

Suſpenſiones, additiones, & prorogationes generales factæ per Senatum pro cauſa publica, ſeruiant tàm terminis probatorijs, quàm inſtantijs tunc durantibus.

Suſpenſiones verò, additiones, & prorogationes factæ per Senatum cauſis aduocatorum, procuratorum, ſeu partium etiam ex impedimento infirmitatis, aut alio quouis etiam legitimo, & ex quacunq; cauſa, ſiue publica, ſiue priuata non ſeruiant in vna cauſa niſi primò factæ pro tempore probatorio vſq; ad dies quindecim, & pro inſtantijs cauſarum, niſi vſq; ad dies triginta, omnibus cõputatis; Reliquæ verò nullo modo ſeruiant, ſed tranſactis dictis temporibus reſpectiuè habeantur tàm reſpectu procedendi, quàm aliter, perinde ac ſi factæ non fuiſſent.

Prorogationes, additiones, & ſuſpenſiones cauſarum ſiue aduocatorum ſiue partium, qui, vel quę deſtinantur in legationem, ſeu alias curas publicas extra dominium, non ſeruiant niſi vſq; in menſes duos ad plus; & finitis dictis menſibus duobus habeantur pro non factis tàm in procedendo, quàm aliter.

Declarato, quòd in vna cauſa, ſeu inſtantia nõ poſsint ſeruire, niſi ſemel tantum, etiam ſi legatio, vel cura reiteraretur.

Quando prorogationes fiunt per tempus præfixum, non intelligãtur tempora durare vltra dictum terminum præfixum, etiam ſi abſq; dicta prorogatione durarent; Suſpenſiones verò prorogationes, & additiones

factæ

Instantia non datur, quando pro executione sententie intentatur officium Iudicis nobile, sive potius mercenarium ut in §. ult. de caus. execut. Et ita fuit decisum de voto M. Arioti Benedi a Sup.mi Syndic. in causa liquidationis fructuum inter M.m Magdalenam Vivian et M. Io: M.am eius filium anno 1673 die 10 Iunij. Citantur in d.o voto Rot. Roman. divers. decis. 19. n.o 12. 15. 25. 32. 58. et 51. et fuit approbatum 1658. 15. Iunij ut ex foliat. anni 1661. Idem fuit relatum Ill.mo Sup.mi 1636. 18. Xbris in causa Iacobi M.ri Benzi contra Io: Baptistam Zosanni et fuit approbatum hoc voto 1637. 16. Iulij. Idem decidit Rota 1695 die 8. Martij in causa M. Franci Cercarij in actis Io: Stephani Zenori.

Pronunciatio Iudicis quod instantia non currat facta de consensu partium non valet. Gratian. cons. 35. n.o 12. lib. 2.

Ubi agitur summarie non datur instantia. Carleval. de Iudic. tit. 3. disput. 15. n.o 1. in fin., vid. Rauc. en. Resp. 19. n.o 6. Afflict. decis. 326.

Instantia cause mixte, puta ad danni dati refectionem, et ad penam quomodo regulanda sit. Vid. Bald. cons. 367 per tot. lib. 2.

Menses 6 menses instantie a Statuto prefixi quomodo computari debeant. Vid. distinguentem Guazzin. de defens. Reor. a cap. 6. n.o 9.

Prorogari: in prorogatione instantie non est necess.o pars citanda, quia agitur de nullo, seu modico preiudicio. l. tempora. C. de temp. comparat. et ibi Matesilan. [illegible]

Et instantia cuiuslibet: Statutum hoc sub tempore instantie cause appellationis distinguit ordinatorij. Franc. sup. Cap. 1. Duobus § denique n.o 8. de appell., Mascard. ad Stat. conclus. 7. n.o 36.

Instantia non currit, sed stat in suspenso, donec causa pendet in Supp.is Concistorio, ut de instantia cause appellationis tradit Palm. decis. 360. n.o 157. vol. 8. ubi alios refert

Instantia cause appellationis a Iud.e Delegato durare per annum refert exempla et tenet Napol. Princ. ratiocin. 35. n.o 173. et 182. et Rot. MM. Ricci, et Bonfadi in causa Ill. Passi cum RR. PP. Iesuitis inter vo. Divers. M. Io: Peretti vol. 5. fol. 99. in princip.

Contra vid. responsionem d.o voto datam per MM. Sattum, et Solarium in eod. vol. 5. fol. 103. a verso dissimo.

Sive publicas: exceptio ex causa absentie in legationem, seu alias causas publicas de iure dicitur exceptio hostica de qua vid. Bardaxi in foro Aragon. de privileg. absent. causa reip. [illegible]

Prorogationes: Prorogatio facta non ad numerationem dierum, sed per tempus prefixum nequit recipere functionem alterius temporis, nec ultra extendi. Vid. Altograd. lun. cons. 1. n.o 59. lib. 1.

Si aliqua Partium §. Dicitur huic dilationi renunciatum, si qui curam non petitam impetravit, institit, citavit et alia fecit coram Ill.mo Rot. Rom. coram Innocentio Urbano de Diamantibus 17. Junij 1641 in Senuen. Salviani inter decis. divers. Jo: Perratij vol. 6. fol. 296.

Dicitur dilatio peremptoria, et potest quandocunque allegari. Vid. Velam dissert. 59. n.o 18. in fin.

Compromiss. §. Quid dicendum si non sit factum compromissum, sed facta remissio, vel tractata concordia. Vid. omnino Seghorr. decis. 160. et 180. Laganar. ad Rovit. de appell. in pragm. 1. in cons. Ferdinandi Roviti ibi impress. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 20. n.o 13.

Decretum
Mag.ci Ill.mi Extrorum decrevit quod in quibusvis prorogationibus quae fient in termino temporis vivi possit Cancellarius ex officio apponere, seu addere verbum proximos, etiamsi a partibus non fuisset memoratum, ut Calculus anno 1655. die 19. 9bris.

Sita tempora viva possunt concedi et retineri viva non obstante impedimento ... minoris Consilij in act. Rot. Lucae 23. Febr. 1591.

Suspensa. intelligitur de compromisso ante Judicis acceptationem Bartho. Socin. cons. 59. n.o 41. et segg. vol. 4. late.

Contrarium tamen Gratian. discept. cap. 516. n.o 17. et segg. Blanc. de compromis. q.e 6. de effect. compromis. a n.o 13. usq. ad 19. ubi n.o 14. reprobat Socin. ven. non obstat consideratio.

Tempus vivum intelligitur de utili fructuoso et cum affectu, ita Rota n.ra anno 1602. in actis Hieronimi de Oneto inter Franciscum Saminum et Peruti Bonotti.

Si durante tempore vivo fuit obtenta prorogatio vel fixa, vel ad effectum citandi sine add.ne dies proximos continuit totum tempus vivum, et connectit cum p.mo. Ita decisum a M. Barth.eo De Juvi die 12. Maij 1656. inter Castagnolas in actis Rot. Barth.ei Olivierij in causa purgationis contumaciae.

Instantiae §. Instantia perempta adhuc durat Officium Judicis in declarando instantiam peremptam et condemnando Partem in expensis. De Amici cons. 31. n.o 11. Papiens. in form. senten. glos. 12. q.o 7. n.o 60. ubi ampliat etiam in Delegato, quod pariter notat addit. ad Marant. in specul. p.te 6. n.o 59. et De Jud.e in genere Constantin. ad Stat. tom. 1. adnot. 11. n.o 132. ubi dat concord.s et alios citat. Mastrill. decis. 70. n.o 11. quem vid. et n.o 5.

Qui obtinuit sententiam, a qua fuit appellatum, si agnoscat instantiam esse desertam potest aut petere declarari appellationem desertam, aut petere executionem attenta desertione appell.nis, et hoc erit cautius, q.a p.mo casu daretur appellatio a d.ta declaratione. Carleval. de Judic. tom. 2. disput. 3. n.o 87.

Qui allegat instantiam peremptam supponit Judicis competentiam, coram quo agitabatur Judicium. Magon. decis. Flor. 31. n.o 14.

Perempta instantia sive data iurisdictioni sive causae, potest Judex ord.us, sive Delegatus declarare instantiam peremptam vel absolvere ab observatione Judicij. Vant. de nullit. ex defect. Jurisd. Ordin. n.o 118. et 127. et de arbitris vid. Chartar. decis. 5.

In restricta causa pompe unica excitatione directa Josepho Anfuschio q. Fran.ci Proc.ri D. Cap.ni Joseph ut ex actis, et ex stante suppradicta citatione revolata, in qua Judex condemnavit d.um Capitaneum Joseph mandati de stando ipsa notificata dari d.to Josepho eius procuri, et dicti, et ex responsionibus ut ipsi Josephum d.o previo n.o dari presumerit mandatum, cum ex actis de eo nullumquam adfuisset.

Cuius mandatum §. Nota quod mandatum non probatur ex assertione Doct., neque Judicis aliquo etiam Procuratore multo quo minus, ubi huiusmodi assertio est relativa ad acta, nisi ex actis appareat de mandati productione. Alb. cons. 15. n.o 1. et n.o p.e 2., Castren. cons. 49. n.o 2. p.e 2., Altimar. de nullit. Judic. Rubr. 11. q.t 22. n.o 2. et segg., Soln. de procurat. p.te 3. cap. 3. n.o 21. et segg. juncto n.o 19. et 12., ut n.o 30. cum segg., ubi Dejure in addit. sub n.o 3. et ita pronunciaverunt Ill.mi Aud.ri de voto oretenus M. et R. Advocati Castellini 1718 die 18. Jovis patrocinante D. Jo: Perratio pro D. Cap.eo Joseph Anfuschio contra DD. Sattis in causa non riscrizione introducta usque de anno 1701. et dictum Anfuschio adversus sententiam latam usque de anno 1699 pro Cap.no Novara ad favorem d.rum De Sattis, in qua recursu licet plura fuissent cumulata capita, ad hoc tamen solum fuit d.e anno 1718.

factæ poſt aſsignationem temporis præfixi, quæ alioqui ſeruire poſ-ſunt, ſeruiant pro vt in alijs temporibus non præfixis.

Si aliqua partium eſſet impedita in ſeruitio Reipublicæ, quod impedimē-tum non procederet à cura ab ipſo impedito petita, de quo impedimē-to ſtetur declarationi Ducis, & Gubernatorum, tempus tàm probato-rium, quàm inſtantiæ remaneat ſuſpenſum à notitia facta parti in actis cauſæ de dicto impedimento, ſeu cura, quoſuſq. durauerit dictum im-pedimentum; dummodo non ſit longius duobus menſibus, quia tranſa-ctis dictis menſibus duobus non ſeruiat amplius dictum impedimen-tum, etiam ſi duraret; Declarato, quòd magiſtratus, qui exercentur in ciuitate non faciant impedimentum prædictum.

Durante compromiſſo facto ſuper aliqua cauſa, ſeu de contētis in ea per partes, omnia tempora dictæ cauſæ ſint, & intelligantur eſſe ſuſpenſa.

In quibuſcunque prorogationibus intelligatur ſemper appoſita clauſu-la, ſeu conditio, quòd valeat in quantum, tempus prorogatum non ſit peremptum, quia ſi eſſet peremptum, prorogationes non ſeruiant.

Tempora non poſsint retineri viua niſi per tres vices ad plus, & in omni-bus dictis tribus vicibus reſpectu temporum in ciuitate Genuæ, per dies decem tantum, & reſpectu temporum in dominio per dies viginti; & hoc ſiue per Senatum, ſiue per Ducem, & duos Gubernatores in pa-latio reſidentes, ſiue per extraordinarios, ſiue per officium Terræfirmæ in earum reſpectiuè iuriſdictione, & ſi pro pluri tempore retinerentur viua, non valeant pro dicto ſuprapluri.

Elapſis tēporibus reſpectiuè ſupraſcriptis, pereant omnino termini, & in-ſtantiæ, nec poſsint vllis artibus prorogari, diferri, augeri, vel ſuſpen-di per magiſtratus, neque de partium voluntate, immo omnes aliæ, & quæcunque prorogationes, ſuſpēſiones, & additiones vltra, præter vel aliter factæ non ſeruiant; ſed habeantur per inde, ac ſi factę nō fuiſſent.

Poſsit tamen Senatus ex cauſa vrgenti, & iuſta arbitrio ſuo prorogare cō-currentibus vndecim votis.

Sed declarato, quòd ſi petens prorogationem coràm ſenatu in prima vel ſaltem in ſecunda cōparitione non obtinuerit, non poſsit amplius pro-rogationem impetrare, & impetrata non valeat.

Nulli liceat reſtituere aliquem in integrum aduerſus lapſum termini, nec inſtantiæ, neq; per reſtaurationem, neq; alio quouiſmodo, ſalua diſpo ſitione ſtatutorum de Extraordinarijs, & officio Terræfirmæ.

Intelligatur ſemper ſalua diſpoſitio legum circa infrictionem inſtrumen-torum, teſtamentorum, & ſententiarum.

Et ad fugiendas confuſiones, quæ ſæpè circa ſuſpenſiones, additiones, & prorogationes aduocatorum, & procuratorum naſci ſolent, intelliga-tur in cauſa aduocatus ille, qui fecit ſcripturas in actis cauſæ depoſi-tas, & ſimiliter procurator ille, qui conſtitutus eſt in cauſa, vel cuius mandatum, ſeu procura eſt in actis cauſæ exhibita, & non alij, nec ad-mittantur probationes in contrarium.

Finis Libri Secundi.

STATVTORVM CIVILIVM REIPVBLICAE GENVENSIS.

Liber Tertius.



De ſententiarum firmitate. *Cap. I.*



CONTRA ſententias latas per magiſtratus ordinarios, ſiue per delegatos, vel per arbitros, aut arbitratores nullo modo poſſit haberi recurſus ad ſuperiorem, neq; ſupplicari, neque reclamari, neq; ab eis poſſit appellari, neque eorum melioratio peti, neque in integrum reſtitutio, neq; ad arbitrium boni viri reductio, nec poſſit dici de earum nullitate: & ipſæ ſententiæ non poſſint per aliquẽ magiſtratum caſſari, neque declarari nullæ, neq; reduci ad arbitrium boni viri, neq; aduerſus eas aliquis reſtitui, ſed pro vt latæ ſunt, debeãt omnino obſeruari per partes, & exequi per magiſtratus, ſalua ſemper diſpoſitione ſtatuti, De meliorandis ſententijs, & ſtatuti de appellationibus, & aliorum ſtatutorum, in quibus appellationes conceduntur, & ſalua auctoritate ſenatus circa infrictionem dictarum ſententiarum ad formam legum, ſaluiſq; infraſcriptis,

Non poſſit tamen exequi ſententia, imo declaretur nulla, quæ lata eſſet per arbitros, vel arbitratores, ad quorum, ſeu alicuius eorum fauorem fuiſſet etiam poſt latam ſententiam facta ceſſio, ſiue translatio de contentis in ipſa, ſeu de parte contentorum.

Nec valeat reſeruatio, quæ fieret per iudices de eorum auctoritate, meliorandi, vel iudicandi in eadem inſtantia vltra tempus per ſtatuta aſſignatum.

Poſsit non obſtantibus prædictis dici de nullitate, & de exceſſu in caſibus infraſcriptis, ſub modis, & formis de quibus infra.

Vz. ſi magiſtratus vel iudex, aut delegatus, vel arbiter, ſeu arbitrator, qui ſententiam tuliſſet eſſet incõpetens, & ſeu exceſsiſſet metas ſuę iuriſdictionis, ſeu commiſsionis ſibi factæ, & poteſtatis ſibi attributæ.

Si perſonæ poteſtatem non habuiſſent, ſeu non fuiſſent legitimæ.

Si contra rem iudicatam, & deciſam fuiſſet iudicatum.

Si fuiſſet iudicatum extra, ſeu vltra petita.

Si in exſequendo iudicata, excederetur modus, & forma iudicatorum.

Si perempta inſtantia iudicatum fuiſſet.

Si citatio omiſſa eſſet, vbi partis citatio requiritur.

Qui

Appellari § Tertius potest appellare, supplicare § non obstante hoc Stat.° q.° 3.ia in hoc non comprehendit. Ancharan. Iun. q. 88. n.° 8. post 12.

Potest nihilominus opponi, quod non sit sent.ia, cum Statutum hoc intelligat de sent.ia rite, et recte facta. Ursill. decis. 182. n.° 9. et 8., Vid. allegata infra ad § petitione. et vid. omnino Bald. cons. 392. sub n.° 2. lib. 2. ubi ponit differentiam inter Sententiam nullam à Iud.e latam, et sententiam à non Iudice, vel incompetenti latam.

Preservatio § Reservatio valet, sed super ea debet pronunciari intra tempus instantiæ. Bald. in l. terminato n.° 5. C. de fruct. et lit. expens. Castren. cons. 38. n.° 1. usque ad 13. lib. 3., vid. Cels. Hug. cons. 122. n.° 2.

Si Personæ § In iudicio quantumvis summario personæ debent legitimari. Iason in Rubr. C. qui admitt. ad bon. poss. n.° 1. et etiam in quo proceditur sine fig.a Iudicij, et ubi solum Iudicis Officium imploratur. Iason ibidem n.° 2.

Si fuisset Iudicatum extra § Stultus enim est Iudex, qui iudicat super non petitis. Decian. cons. 53. n.° 10. lib. 2.

Ultra petita § non dicitur pronunciatum si pronunciatur super eo, quod venit accessorie, vel per necessarium antecedens, vel consequens ex natura actionis. vid. Paz. ad leg. Styl. l. 1. Sol. 2. n.° 36.

Si Citatio omissa § non sufficit relatio nuncij facta post prolationem sent.iæ. Vid. Sigant. cons. 21. n.° 3.

Extra casus predictos / Iniustitia sententiae ad hoc ut causet nullitatem debet esse evidens, et notoria. Vid. Burat. decis. 451. n. 5. et seqq. Contard. in l. unic. C. de monent. possess. limit. 9. n. 25. et seqq. et presertim n. 30. ubi querit, quid si adsit opinionum contrarietas, an tunc sententia dici possit notorie iniusta.

Agere de excessu / Nota non posse pretendi fuisse excessum in Iurisd. si quis habeat auctoritatem iudicandi in certo genere causarum, sed contra formam Stat. ve si illa non servata processerit, alioquin dictum primum caput omnes nullitates comprehenderet. Vid. vot. comprobatum ab Illmis DD. Supp. apud Palm. alleg. 263. n. 33. 38. et 39. n. 2. Chartar. decis. a. n. 8.

Causa esset incerta / Vid. Iuch. litt. F. conclus. 4. n. 8. et 10. ubi quod hac forma non servata omnia sunt nulla, et si servata sunt, presumitur pro iustitia taxationis, seu estimationis facta per Priores

De nullitate / Inferior non cognoscit de validitate Decreti conditi per Sup. Cravett. cons. 189. n. 8. cum aliis per Surd. cons. 554. n. 7. et seqq. ubi ampliat, quod neque possit declarare. Altimar. de nullit. Rubr. 3. q. 5. n. 8. Sed vid. Card. de cognit. per violent. fol. 126. n. 2. et per tot.

Infra tres menses hoc Stat. non comprehendit nullitatem notoriam, sicut nec iniustitiam notoriam. Mascard. de prob. concl. 1115. n. 2. Gabriel. de except. concl. 4. n. 9. Vid. etiam Magon. de interpret. ... concl. 6. n. 21.

Decisio

fuit decisum per DD. Supremos quod possit proponi petitio de excessu etiam lapso trimestre quando impugnatur sententia ex capite Iurisdictionis anno 1620 ex voto M. Caroli Antonii Ragi, et 1620 12. Xbris in causa D. Sebastiani Grazia contra Pauli Pincetti.

Nec intelligitur hoc procedere in excipiente, qui post d. temporis potest dicere de nullitate Stasc. decis. 122. n. 31.

Sive excipiendo / fuit apposita hec particula quia alias perpetue posset excipi de nullitate. Vid. Osach. decis. 122. n. 31. et seqq. Sed vid. Avendan. de ... et ... Decret. cap. 13. n. 16. ubi ponit limitationem.

Quomodocunque / Si quis nolit dicere de nullitate coram Sup. potest intentare coram alio Iudice puta coram in Rota Civili remedium l. Diffamari C. de ingen. et manumiss. et l. si contendat de fideiuss. et sic excipiendo proponere nullitatem, petendo statui, et assignari brevem terminum illi, qui obtinuit sententiam ad decendum de iuribus suis, quibus iactat.

Habite notitie / que requiratur, et quod non sufficiat extraiudicialis. Vid. omnino Staradin. cons. 22. sub n. 12. considerata tamen diserctiva modum loquendi in Stat. § seq. ibi = a notitia in se et vid. in puncto Stat. consimilis Molignan. alterat. 55. n. 123. 124. et 129. et vid. omnino allegationem M. Petri Aug. Solarii in causa M. Io. de Franchis contra Spr. Sagginum incipiente La lettera dello Statuto cap. 3. fol. 13. et 12. inter allegationes M. Io. Perrelli vol. 6. fol. 151.

Post lapsum 30. annorum non potest dici de nullitate neque excipiendo, etiamsi nulla fuerit habita notitia. Vid. Beriet. cons. 60. n. 23. cum seqq. Chartar. decis. 120.

Non retardetur executio / contrarium de iure. Vid. apud Castill. decis. 29. per tot. Vid. pro explicatione Mons. consult. 182. sub n. 31. et 36.

Secus si nullitas provaniat ex defectu iurisdictionis Borz. decis. 1112. n. 12. et 15. in puncto huius Stat. Tomerzan. decis. 52. n. 12. et 15. late Constantin. ad Stat. Urb. adnot. 57. n. 89. et seqq. et n. 123. ubi declarat hoc procedere si nullitas sit clara, secus si dubia, v... quo tamen contrarium vid. apud Altimar. de nullit. Rubr. 9. q. 1. n. 5. et Rubr. 1. q. 5. per tot. et Rubr. 3. q. 5. et vid. omnino Censal. decis. 94. n. 136. et 137. Palm. ... alleg. 300. n. 61. Zuccard. decis. 1529. n. 6. Cancer. var. p. 1. cap. 15. n. 15. et seqq. et n. 35. cum seqq.

Qui petitionem de exceſſu vt ſupra porrexerit, teneatur in ipſa particulariter exprimere cauſam, pro qua dicit, & agit de exceſſu, & pro cauſis non expreſsis in petitione, non poſsit exinde audiri.

Si quis extra caſus prædictos voluerit, pro alijs non prohibitis per ſtatuta agere de exceſſu, teneatur antequam poſsit audiri, ſoluere Cameræ Reipublicæ denarios ſex pro ſingula libra totius cauſæ, pro qua de exceſſu conqueri voluerit in totum, & ſeu pro ea parte, pro qua de exceſſu agere vellet: & ſi cauſa eſſet incerta, æſtimari debeat per procuratores Reipublicæ, & ipſa petitio de exceſſu debeat ſubſcribi per notariũ cameræ de ordine procuratorum antequam deponatur, nec alio modo poſſit, aut debeat admitti.

Teneatur etiam ſoluere, & petitionem ſubſcribi facere vt ſupra, etiam ſi in ipſa petitione expreſſiſſet aliquem ex caſibus particulariter notatis, pro quibus non eſt ſoluendum onus prædictum; dum tamen ſit expreſſus aliquis caſus in quo dictum onus impoſitum remanet, aliter non admittatur dicta petitio, nec poſſit audiri conquerens, non obſtante quòd in ea exprimatur aliquis caſus, pro quo non eſt ſoluendum.

Qui de nullitate, vel de exceſſu dicere voluerit, teneatur nullitatem, & exceſſum proponere ſeruatis prædictis, & ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue aliter quomodocunque intentare infra tres menſes computandos à die habitæ notitiæ de ſententia, ſiue ab ea poſsit appellari, ſiue non; quo tẽpore elapſo non poſsit amplius, nec nullitas, nec exceſſus proponi, imo ſententia ſit, & habeatur pro valida, & ſolenniter lata, & data.

Declarato quòd quando ſententia eſſet lata contra curatorem generalẽ ad hoc vt dicti tres menſes tranſeant, fieri debeat notitia non ſolum curatori, ſed etiam propinquis, ſeu vicinis, qui citandi eſſent in conſtitutione curatoris, ex forma ſtatuti de curatoribus, & in ſcriptis.

Et ſimiliter quando ſententia eſſet lata extra dominium, dicti tres menſes non tranſeant niſi à notitia in ſcriptis facta principali condemnato, ſiue eius legitimo procuratori exiſtenti in ciuitate, ſeu loco dominij, de quo eſſet ipſe principalis condemnatus, & ſi notitia danda eſſet curatori, detur etiam propinquis, ſeu vicinis, vt ſupra.

Sed poſsit in caſibus, & ſub modis vt ſupra conceſsis agi de nullitate, & de exceſſu pro intereſſe partium, ſtatim lata ſententia, etiam durante officio, ſeu iuriſdictione illius magiſtratus, ſeu iudicis, qui ſententiam tuliſſet: ſed nihilominus non fiat aliquod præiudicium ſyndicatui dicti magiſtratus, imo poſsit ſuo tempore, ſecundum naturam officij ſyndicari, per inde ac ſi petitio non eſſet porrecta.

Si ſuper actione nullitatis, vel exceſſus ſemel vt ſupra propoſita non fuerit iudicatum intra tempus inſtantiæ, poſsit alia vice tantum iterùm proponi intrà annum vnum à die finitæ primæ inſtantię, vltra verò proponi, excipi, vel opponi non poſsit vllo modo.

Per petitionem, ſeu exceptionem nullitatis, vel exceſſus non retardetur executio ſententiæ, ſed poſsit, & debeat exequi per inde ac ſi dicta petitio, ſeu exceptio non fuiſſet propoſita ſaluis in reliquis iuribus partium.

In caſibus verò, ſeu ſententijs à quibus appellari poteſt, qui elegerit appellare, non poſſit dicere, neq; opponere de exceſſu, neq; de nullitate; & qui voluerit de exceſſu, ſeu nullitate dicere, non poſſit appellare, nec remedium appellationis habere, ita vt vno tantum ex dictis remedijs vti poſſit, & intelligatur facta electio per depoſitionem appellationis, vel petitionis de exceſſu.

De meliorandis ſententijs. Cap. II.

POſsint ſupremi ſyndicatores in cauſis etiam exceſſus inter tertium, & tertium meliorare ſententias definitiuas per ipſos latas intra dies octo à die latæ ſententię, concurrentibus in meliorandis tot votis, quot concurrerint in ſententia.

Syndicatores ordinarij poſsint etiam ſententias per eos latas, à quibus non datur appellatio meliorare intra dies octo à die latæ ſententiæ, concurrentibus tot votis, quot interuenerint in ſententia vt ſupra.

Officiales ruptorum poſſint ſententias tàm interlocutorias, quàm definitiuas per ipſos latas meliorare intra dies duodecim à die latæ ſententiæ; dum tamen concurrant in meliorando tot vota quot interuenerint in ſententiando.

Interlocutoriæ latæ per ſingulos ex auditoribus Rotæ ciuilis tàm cauſarũ ordinariarum, quàm executiuarum deputatos ad formandos proceſſus, poſſint per totam rotam meliorari intra dies octo à die factæ interlocutoriæ; dum tamen aliqua partium petat in actis meliorationem intra dies duos à dicta die factæ interlocutoriæ. Non poſſit tamen meliorando reſtituere partes in priſtinum.

Poſſit etiam quælibet rota cauſarum ciuilium meliorare ſententias definitiuas per ipſam latas, & hoc intra dies octo à die latæ ſententiæ, dummodo per partem petatur in actis intra dies duos à dicta die latæ ſententiæ; non poſsit tamen partes in priſtinum reſtituere.

Conſules rationis poſsint meliorare ſententias definitiuas per eos latas, & hoc intra dies viginti à die ipſius ſententiæ latę, interuenientibus tot votis, quot in proferendo ſententiam interuenerint.

Delegati poſsint eorum ſententias tàm interlocutorias, quam definitiuas meliorare intra dies octo, a die latæ ſententię, non tamen reſpectu definitiuarum poſsint partes in priſtinum reſtituere, neque reſpectu habentium vim definitiuę.

In huiuſmodi meliorationibus poſsint magiſtratus prædicti (ſaluis ſemper ſupraſcriptis) corrigere, emẽdare, minuere, & ſententiare quicquid eis iuſtum videbitur, & omne id, quod fuerit vt ſupra additum, diminutum correctum, emendatum, & ordinatum habeatur, & valeat perinde ac ſi à principio ſic fuiſſet iudicatum.

Dies ſic vt ſupra reſpectiue aſsignati ad meliorandum intelligantur dies currentes, & non poſsint prorogari, ſuſpendi, nec modo aliquo retardari, neque etiam per ſuſpenſiones, additiones, ſeu prorogationes tàm generales quàm particulares, ſiue ob cauſam publicam, ſiue priuatam,

ſiue

Decisio
1663. 7. Maij M. M. Jo: Thomas ... Aug.mus Camere et Jo: Michael Caponius Judices appellationis a sententia Rotali M. Gabrielis Durati pronunciaverunt non esse locum petite melioratio:
rationi

Melioratio peti non potest per eum, qui habuit sententiam pro se, sicuti neque ipse potest appellari ex Pac. Jordan. lib. 12. tit. 16.

Melioratio est com. utriq. parti, sicut appellatio, et potest peti quoad unam tantum partem sententie, sicuti ab uno capitulo potest appellari. Pister. q.a 22. n.o 1.

Melioratio idem est, ac apud Saxones Leuteratio, de qua vid. Vulteium de Judic. lib. 2. cap. 8. et Mindar. constitut. Saxon. lib. 2. q. 162. et seqq. Roaduc. ad Ranon. observ. 37. n.o 53. Strauch. de ratificat. sect. 3. sub tit.o de leuterat. fol. 270. Berlich. decis. 133. n.o 2. Brunneman. de process. civil. cap. 28. n.o 102. et latius conclus. 29. p. 401. n.o 1.

Decisio
1689. 30. Julij Decisum fuit p. Sup.mos Sindic. Judices appellationis non posse meliorare eorum sententias

Definitivas etiam habentes vim definitive. Ita fuit practicatum p. d.os Ill.mos 1671. Maij in causa D. M.a Magdalene Riccie contra M.M. Josephum M.am et Jo: Mariam eius filiam. causa est cepta 1660. vid. Beniov. cons. 13. p. tot.

An Judex appellationis possit meliorare, disputatum fuit anno 1689. coram Sup.mis inter M. Baptam et Constantinum Grimaldi. Vitebat quod non, q.a statutum non dicit. E contra vibebat quod sic, q.a Judicium appell.nis est nature prime Judicij. Sed non posse meliorare decisum fuit in d.a causa ab Ill.mis Sup.mis, que sententia fuit confirmata a Ser. Senatu die 2. 8bris anno 1692. precedentibus votis MM. Draghi et Vassalli impress. penes Bottin. de maiorat.

Decisio
1680. 12. 8bris decretum fuit ab Ill.mis Sup.mis quod Ill. Rota et quilibet ex M.M. auditoribus se se abstineant in meliorationibus pronunciare quod partes interim informent quia videntur indirecte partes in pristinum restituere.

Dies duos non est necesse quod sint Juridici, et ita praxis observat.

Et valeat perinde ac si ex his verbis infertur quod si Judex meliorando stetit in decretis nisi relevarus in casu, quo pro melioratione una tantum pars institerit, non potest exinde eadem pars renunciare d.o Tuo ad reportandum relevans, sed poterit altera pars instare ad hoc ut pronuncietur relevans, secus autem, si dictum foret, nisi relevans fuerit reportatum pro parte R., ratio est, q.a cum fingatur sententiam fuisse a principio latam cum d.o Tuo ad reportandum relevans utraque pars potest pro eo instantiam facere, etiam illa que pro melioratione non institit, et ita decisum anno 1715. die 20. Maij p. Magnificum D.D. Consero.rum Marit. Judicum delegat.rum in causa inter Bartholomeum Dominguez ex una et Jacobum, et Nicolaum fratres Gronlora ex altera dicente pro his M. Petro Aug.no Solario, et Sp.: Jo: Derratio, et pro Dominguez Sp.: Ant.o Truffa causa cepta anno 1712.

q. Dies sic ut supra. Qui obtinuit sententiam favorabilem potest prevenire illum qui petijt meliorationem, et illam facere confirmari quam citius. Vid. Carl. Anton. de Luca ad Gratian. discept. cap. 1. n.o 9. et ad decis. 2. eiusdem Gratiani n.o 9.

§ Ab interlocutorijs que equiparantur per hoc statutum sententiae definitivae, et habentes vim definitivae. Beroii. cons. 53. per tot.

siue aliter quomodocunque faciendas, exclusis tantummodo ferijs natiuitatis,& resurrectionis Domini,& caloris,& non alijs,& hæc siue habita fuerit notitia de sententia,siue non.

Si in fine instantiæ alicuius causæ,siue baliæ alicuius magistratus habentis auctoritatem meliorandi lata fuerit aliqua sententia,adeo quod nõ supersint tot dies ad meliorandum, quot vt supra respectiue assignati fuerint,intelligatur, & sit dicta instantia, seu balia magistratus prorogata per dictum tempus meliorationis respectu eiusdem meliorationis tantum.

Intra tempus meliorationis sententiarum definitiuarum, sed habentium vim definitiuam non possit aliquid exhiberi,neque produci,& exhibita,ac producta intra dictum tempus non attendantur.

Ab interlocutorijs vero,siue meris, siue mixtis latis à quolibet alio magistratu possit quælibet partium petere reuocationem,seu meliorationẽ, si eam petierit intra dies quattuor à die latæ sententiæ, nisi contrariũ, vel aliter dispositum esset per aliquod statutum.

In casu dictæ petitionis, melioratio, seu appellatio deuoluatur ad illum, qui pro tempore fuerit prior rotæ ciuilis causarum exsecutiuarum; & ab eo in casu permissæ appellationis deuoluatur, pro vt in capitulo De Rota Ciuili.

Teneantur magistratus dictis meliorationibus, seu appellationibus deferre,vel saltem transmittere, seu committere, vbi opus erit, cum articulo an illis sit deferendum.

Sed per petitiones meliorationis, seu appellationes prædictas non impediatur procesſus ad vlteriora;imò magistratus, coràm quo erit causa, teneatur procedere,cognoscere, & iudicare:& nihilominus validitas, processus, & sententiæ pendeant à futuro euentu dictæ meliorationis, seu appellationis, ita vt valeat, vel non valeat,pro vt dicto euentu valere debuerit.

SIgnori, Nello statuto De meliorandis sententijs, vi è vn §. del tenor seguente Dies sic vt supra respectiue aßignati ad meliorandũ intelligantur dies currentes, & non poßint prorogari, suspendi, nec modo aliquo retardari, neque etiam per suspensiones, additiones, seu prorogationes quomodocumque faciendas, exclusis tantummodo ferijs Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, & caloris, & non alijs, & hæc siue habita fuerit notitia de sententia siue non. Et perche, come le SS. VV. vedono vien tolta ogni facoltà, che detti tempi posſino esser prorogati, & sospesi; & all'incontro può accadere, che si dijno sentenze li vltimi giorni giuridici inanzi le ferie di Carnouale, in maniera, che tutto il tempo da migliorare per esse ferie resti consumato, e perciò parendoci ragioneuole, che quei giorni che sono concesſi à far tali megliorationi non siano del tutto in detto caso inutili, habbiamo col cõpetente numero

de' voti deliberato, che saria bene à cautella derogando al detto statuto doppo quella parola, & caloris, aggiungerui, & die cinerum, cum septem præcedentibus; in maniera che anco essi giorni otto sospendessero li tempi à migliorare le sentenze, come gl'altri giorni di ferie in detto §. espressamente nominati. Et perche resta troppo longo il termine alli delegati di migliorare le loro sentenze, poscia che nelle ferie delle messe è dechiarato, che possano procedere, e giudicare, habbiamo anco deliberato, come sopra, che si statuisca, che dal tempo assignato alle meglioratione delle sentenze interlocutorie, & diffinitiue de' delegati non ne siano escluse le ferie delle messe, & vendemie, parendoci, che all'incontro potendo li delegati procedere, & amministrare giustitia, durante le dette ferie sijno à bastanza otto giorni per tali meglioratione. Quando dunque elle sieno dell'istesso parere, saranno contente dimostrarlo con loro voti fauoreuoli.

MDXCIIII. Die X. Martij.

Decretum est per Sereniss. Collegia ad cal. quattuor ex quinque partibus, & vltra concurrentibus proponi vtrique consilio in omnibus vt in suprascripto themate continetur.

Die ea.

Proposito iussu Serenissimorum Collegiorum per me Cancell. & Sec. themate suprascripto centumuirali consilio in aula magna congregato ad conspectum Serenissimorum Collegiorum, negotium ad aliam diem dilatum fuit, vt super eo posit haberi consideratio.

MDXCIIII. Die XVII. Martij.

LEcto denuo per me iã dictũ Cancell. & Sec. themate in suprascripto centumuirali consilio in legitimo numero congregato in aula magna palatij Ducalis iussu Serenissimorum Collegiorum, & ad conspectũ ipsius; & inde facta copia consiliarijs dicendi quæ vellent super propositione ipsa, & cum nemo assurgeret vocatis Mag. Nicolao Baliano, & nonnullis alijs; qui omnes iuxta propositionem decerni laudauerũt;

&

Non sufficit presentatio schedulæ appellationis coram Not., seu verif. acta, sed requiritur interpositio illius coram Iud. aliasque appellans est deserta. Rot. decis. 201. n.° 2. n.° 8. rec.

Appellatio non datur à pronunciatione declarante tres conformes. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 3. rub. 12. n.° 1. in annot.

Appellare non potest, qui habet sententiam pro se, q.a deficit gravamen, quod est subiectum appellationis. Franc. Iordan. lib. 12. tit. 15. n.° 222.

Sententia potest in parte acceptari, et in parte reici, ab eaque appellari. Giurb. decis. 30. n.° 21.

Iudex Appellationis in dubio debet confirmare sententiam primi Iudicis. Cephal. cons. 223. n.° 53. lib. 2.

Contrarium quod in dubio pro revocatione sententiæ pronunciandum sit, ut veritas causæ magis fiat manifesta, tenet Conciol. alleg. 66. n.° 35.

Devalvantur, hoc verum est si sit in prima instantia, secus si in 2.da, q.a tunc devolvitur appellatio ad Iudicem V. Collegii H. H. et ita practicatur.

Gabella in materia appellationis quomodo regulanda sit. Vid. Armenzan. decis. 54. à n.° 32. cum seqq. et p. tot., ubi etiam de 3.° appellante, et vid. decis. recollect. per Baduce. ad Ceman. tom. 5. decis. 64. p. tot.

Solvere Cameræ. Petens immissionem in Salviano ad consequendos fructus quomodo solvere debeat Gabellam tam pro certis, quam pro incertis. Vid. Calderon. resolut. 52. n.° 20. et seqq., ubi quod pro eo quod venit accessorie, gabella non debetur. et vid. Bonfin. ad Banniment. cap. 69. n.° 32. et 33. Villegas decis. 13. p. tot.

Minori datum non solventi an sit concedenda restitutio in integrum ad evitandam nullitatem processus. Vid. Palm. alleg. 220. à n.° 66. cum seqq., Rot. Lucen. Var. in manuscript. M. Io: Ferrati decis. 81.

Quoties fuit petitum factum, puta redditio rationis, vel aliud simile, quomodo regulari debeat gabella: vid. Cravett. cons. 231. p. tot., Armenzan. decis. 58. Palm. decis. 19. p. tot. ubi etiam à n.° 3. habetur quod licet libellus concludat super re incerta, si tamen certificari potest, gabella solvi debet. Sed contra vid. Zuccard. decis. Lucen. 60. à n.° 2. cum seqq., ubi tenet, quod si agatur hypothecaria ad domum, cuius valor est incertus, non habet locum dispositio Stat.i loquentis in casu, quo agatur ad summam certam. Item tradit Rot. Lucen. Var. decis. 88. versic. nec etiam obstare. Vid. Palm. alleg. 122. à n.° 12., ubi de petitione certa, et incerta.

Forensis subiicitur huic Stat.o Bosch. cons. 180. n.° 1.

Gabella in hoc casu est favorabilis. Armenzan. decis. 59. n.° 85.

Si Appellans non solvit Cameræ summam hic taxatam intra tempus videtur tacite renunciare appellationi ex Rebuff. ex constit. Gall. tom. 3. de appell. art. 15. glos. 1. n.° 15.

& mox datis, collectisq; suffragijs, nonaginta nouem affirmantia, & duo tantum repugnantia inuenta sunt; & sic propositio pro approbata habita est.

In Cancell. Ligalupi.

De appellationibus. Cap. III.

Appellationes à sententijs definitiuis Prætoris Ciuitatis Genuæ, in casibus, in quibus datur appellatio; & similiter appellationes à definitiuis, à magistratibus Dominij deuoluantur ad priorem, seu illũ, qui pro tempore fuerit prior Rotæ ciuilis causarum executiuarũ, & ab eo in casu permisso deuoluatur appellatio, pro vt in capite de Rota Ciuili.

Appellationes à sententijs definitiuis latis per quamlibet rotam causarum ciuilium deuoluantur ad extraordinarios committentes; qui commissionem facere debeant pro vt in statuto de magistratu extraordinariorum; Et si à sententijs ferendis per iudices in huiusmodi appellationibus sequeretur appellatio, quia sententia non esset conformis in substantia primæ sententiæ, deuoluatur ad eosdem extraordinarios committentes vt supra.

Appellans à sententijs vtriusq; Rotæ ciuilis, vt supra teneatur intrà dies decem immediatè secuturos ab appellatione eam committi facere, & soluere cameræ Reipublicæ denarios sex pro qualibet libra summæ, pro qua fuisset appellatum; qui dies decem possint duntaxat prorogari ad instantiam agentium dictæ cameræ, siue per Senatum, siue per magistratum extraordinariorum in vna, seu pluribus vicibus per dies viginti tantum; & si prædicta non fuerint, vt supra intra tempora prædicta obseruata, appellatio sit deserta.

A sententijs definitiuis latis per syndicatores ordinarios excedentibus summam librarũ tricentarũ posit appellari ad supremos syndicatores, à quibus in casu concessę appellationis possit appellari ad Senatũ.

A sententijs verò definitiuis latis per magistratum ruptorum appellari possit ad eundem magistratum, & ad quattuor ciues adiunctos, eligendos per magistratum extraordinariorum; & à sententia lata in causa huiusmodi appellationis non possit appellari, etiam si esset contraria præcedenti, & maior numerus ipsorum magistratus, & quattuor adiunctorum sententiam faciat.

A sententijs autem definitiuis latis per Consules rationis, in quibus duo tantum ex ipsis consulibus concurrerint, quæ sententiæ excedant summam librarum viginti quinque; & in quibus sententijs omnes tres cõcurrerint, quæ excedant summam librarum quinquaginta, appellari posit ad syndicatores ordinarios, & ab eis in casu permissæ appellationis ad supremos syndicatores.

Appellationes à sententijs consulum quarumuis nationum, & quarun-

cunque artium Ciuitatis Genuæ, deuoluantur ad syndicatores ordinarios prædictos, & ab eis in casu præmissæ appellationis ad supremos syndicatores.

A sententijs definitiuis latis per delegatos iureperitos, seu per delegatos de consilio iurisperitorum possit appellari ad delegantem, qui causam definire, seu committere possit.

Iudices appellationum prædictarum respectiue cognoscant, & terminent causas secundum naturam eorum baliæ.

Ita etiam de iure, ... Decis. 126. n. 30.

In casibus prædictis, & a sententijs definitiuis latis per magistratus appellari possit, non obstante quòd appellans citatus etiam personaliter ad audiendum sententiam, non comparuisset in termino assignato in præcepto, seu citatione, & contumax fuisset, per quam cõtumaciam remedium appellationis non tollatur, sed competat per inde ac si comparuisset: & hoc dummodo appellatio non sit remota, quia vbi per alia statuta remouetur appellatio, vel disponitur à certis sententijs non posse appellari, per præsens statutum non sit eis derogatum.

Quæcunque appellationes quomodolibet concessæ, intelligantur concessæ quousque sint duæ sententiæ conformes in substantia, seu duæ sententiæ pro vna parte, quibus extantibus in totum, seu pro parte ea, in qua essent conformes in substantia, cuilibet appellationi sit finis impositus; & iudex ad hoc cognoscendum sit ille, qui admittere, vel non admittere debet appellationem, & facta declaratione conformitatis, etiam si appellaretur, non retardetur executio, præstità fideiussione pro vt infra.

Et vbi disceptaretur de deferendo, vel de non deferendo appellationi, seu de ea committenda vel non, teneatur iudex à quo eam admittere, seu committere cum articulo vtrùm illi sit deferendum nec ne, excepto semper quando duæ sententiæ adessent conformes in substantia, quia eo casu seu pro ea parte, in qua adesset conformitas duarum sententiarum in substantia, nullo pacto committatur.

Appellari posit, vt supra, dummodo tamen appellare volens interponat appellationẽ intra dies octo immediatè numerandos à prolatione sententiæ, & scientia eiusdem sententiæ; & respectu causarum, in quibus datur iudici terminus ad meliorandum sententias, interponat appellationẽ intra dies octo immediatè numerandos post factam meliorationem, & ea non facta post lapsum dicti temporis ad meliorandum; aliter transactis dictis temporibus respectiue appellationes non valeant.

Appellãtes in dominio terræfirmæ teneantur capere à iudice, a quo acta causæ clausa, & sigillata; quæ dicti iudices, seu magistratus teneantur eis dare intra dies tres à die interpositæ appellationis sub pœna librarum quinquaginta pro qualibet vice, & hoc mediante mercede debita notario.

Postquam autem appellantes dicta acta sicut supra receperint, teneantur per se, siue personam legitimam pro eis præsentare dicta acta Genuæ Iudici, ad quem, in actis vnius ex notarijs curiæ suæ, ad notitiam partis intra dies triginta immediate secuturos; quod si non fecerint

Vid. Cancer. var. resolut. ... de procurat. cap. 12. n. 125. ubi quod hæc intimatio fieri non possit ... sed fieri debeat domino.

appel-

Judices appellationum // An huiusmodi Judices dicendi erunt delegati, an vero Ordinarii? dic quod erunt Ordinarii, quia licet dentur ab homine, dantur tamen vigore legis, ut per Doctrinam Baldi in suo tract. de feud. ad tit. de contract. feud.

Contrarium fuit servatum per M. Jacobum Ticorniam Judicem Appellationis a Sententia Delegati inter D. Jo: Baptam Carcano ex una, et D. Jo: Baptam Bosium ex altera qui Judex processit in dicta causa in feriis Caloris, et Messium, ut in actis Innocentii Sestri 1637. Januarii.

§. quecumque appellationes // an hoc Statutum sit de ordinatoriis, vel decisoriis? vid. Bonden. collect. 15 n.° 21 et sequ. ubi distinguit. lib. 1.

Hoc Statutum intelligitur de duabus conformibus iustis, et validis. Rota decis. 294. n.° 1.

An sententia lata per Judicem appellationis super desertione appellationis faciat conformitatem, ita quod ab ista secunda lata super desertione non liceat appellari. Thesaur. decis. 171. n.° 11. 12. 13. Scacc. de Appell. q.° 13. limit. 1. n.° 17. 23.

Inducio iudicandum pro difformitate sententiarum, quia hoc Statutum est contra ius commune. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 8. q.° 13 limit. 1. n.° 11.

Pro negativa vid. Surd. cons. 102. n.° . . Afflict. decis. Fontanell. decis. 209. n.° 13, et decis. 202. n.° 16. et 17., sed vid. Castald. consult. 152. n.° 1.

Seu pro parte // intellige hoc procedere, quatenus Sententiae latae sint per capitula separata. vid. Royas decis. 168. per tot., Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 3. Rubr. 11. n.° 8. 9. et 10., non vero si una condemnet in summa maiori quam altera, et sic lis pro parte intelligi debet, idest pro capitulo, non vero pro parte quantitativa expressa. vid. etiam Gabriel. cons. 56. per tot. lib. 1, Constantin. ad stat. Urb. annot. 55. n.° 36. et 37.

Currit de momento ad momentum Myser. a Caus. decis. Isoriim 35. n.° 1.

Dies octo // terminus ad appellendum currit a die latae Sententiae etiam conditionalis, non a die eventus conditionis L. 1. §. biduum ff. quando appellandum sit, et adde Cancellot. de attent. appellatione pendente cap. 12. limit. 50. n.° 104. cum sequ. Mitinger. observ. 95, Scacc. de appell. q.° 11. n.° 222, Antonel. de temp. legal. lib. 2. q.° . .

An compromissum factum a Partibus intra hos octo dies suspendat eosdem. Negative Cancellot. de attent. p.° 2. cap. 12. limit. 50. n.° 28, Blanc. de compromiss. quest. 6. n.° 22.

Contrarium tamen audiit Castrensis fuisse servatum in civitate Lucana. v. Gabriel. in suis comment. de arbitris conclus. 2. n.° 6.

An Clericus gaudeat privilegio huius Statuti ut debeat appellare intra dies octo vel sufficiat, quod appellet intra dies decem. Vid. Boerth. cons. 25. n.° 1.

Currit hoc tempus de momento ad momentum quia Statutum non dicit a die, sed a prolatione Sententiae. vid. Cagnol. decret. 13 §. 3. q.° 2. n.° 10. iuncto n.° 16. et sequ.

Non possunt hi dies octo prorogari a Partibus. Capic. decis. 11. n.° 165. 106. Guidopap. q.° 38. in fin. Vid. omnino Ab Eccles. observ. 2. n.° 2. p.° 2, Paz ad Leg. Styl. L. 150. sub n.° 5., Cavagnol. ad Decret. Montisferr. decret. 13. §. 3. q.° 3., Rasm. decis. 360. n.° 221, ubi quod appellatio non potest interponi elapso tempore etiam de consensu Partium.

Nunquid isti dies 8. possint prorogari per Magistratum Extraord. fuit pluries dubitatum: tamen fuerunt prorogati secundo 1669. in causa appellationis interpositae per D. Jo: Hier.mum Merellum a Sententia lata per M. Rotam ad favorem M. Theodore de Iuri.

Nota, quod si appellatio interposita sit die prima ex octo, quos praefigit Statutum, vel die 2.da, statim current tempora ad prosequendam appellationem non expectato lapsu dierum octo. Castren. cons. 217. n.° 3. et 2. p.° 1, Cavagnol. ad Decret. Montisferr. decret. 13. §. 3. q.° 2. n.° 18. et sequ.

Si quis ante lapsum dierum 8. puta prima die appellavit ab uno capite Sententiae, utrum antequam dicti dies labantur, possit appellare ab alio capite Sententiae. affirmat Cavagnol. decret. 13 §. 2. n.° 20. ubi late tradit.

Ad quem // An possit appellans intra dictum tempus variare, et a Judice ad quem appellavit, recedere ad alium appellando. vid. Marsch. decis. 131. n.° 2.

Ad notitiam // An dicatur ad notitiam esse perventa, si intra tempus dierum 30. Pars adversa non habuerit citationem ad videndum processum appellationis, ut constituat in actis causae Procuratorem, vel Procurator ipse exhibeat mandatum. Vid. adductos per Gratian. cap. 156. n.° 2. et sequ.

Hoc Statutum est de ordinatoriis habit. Scacc. de appell. q. 18. n. 8. Dac. Sordat. tom. 3. lib. 15. tit. 26. n. 849.

Per appellationem interpositam. Quod ampliatur etiamsi appellatio fuisset admissa, ut non impediatur executio, Caroci. ad Stat. Medio. in causa Camuri disquisit. 8. n. 1. et seqq.

Utrum per appellationem suspendatur Inusitatus in sententia primi Judicis. Vid. omninò Ubald. consult. 16a per tot. que est decis. Rote Florent. et stat pro affirmativa.

Non impediatur executio. Nisi obstaret praxis Fori Curie, dicendum foret, quod sicuti prima sententia executioni mandatur prestita cautione non obstante appellatione, ita quoque sit exequenda 2a non obstante nova appellatione, si sit revocatoria primae, dummodo simili modo prestetur cautio ex Paris. de Puteo. quotidian. Rer. lib. 2. cap. fin. q. 5. § 15. n. 8. quem refert Fontanell. decis. 528. n. 21.

Sed contra vid. Scacc. de appell. q. 17. limit. 9. n. 54. et vid. De Luc. ad Gratian. decis. 209 per tot. Cavaler. decis. 58. per tot. Merlin. decis. 365 in fin.

Sed teneatur cavere. Hac fideiussio satis est, quod prestetur ante executionem, cum non sit de forma, et ideo quandocumque etiam post petitam executionem dari potest. Beniell. cons. 23. fere per tot. ad Stat.

Poterunt fieri probationes ad docendum sententiam, à qua fuit appellatum, latam fuisse de consilio Assessoris Secreti, quod est contra dispositionem Statuti, ut per Barb. cons. 286. per tot.

Non possint fieri aliqui processus. Poterit tamen opponi per reum conventum, sive per habentem interesse, quod stat manifestatio Uxoris de bonis Mariti quo casu tenebitur eam facere etiam in causis appellationum. Ita decisum per Priorem Rote Judicem appellationis anno 1668. E. Xori. Vid. infra de manifest. bonor. marit.

Poterit tamen deferri iuramentum suppletivum petitum in prima instantia. Gratian. decis. 36. n. 3. Seraphin. de Iuram. privileg. 33. n. 19.

Exhibere instra. Appellatione instri an veniant testes legitime examinati et publicati. Vid. Ruginell. de appell. q. 4. et 118. n. 2. et Scriptura privata in Judicio recognita. Vid. Molegnan. altercat. 65. n. 12. Barbos. appellat. 119. per tot. ubi plenè.

Si testes examinentur ad corroborationem instri, probatio dicitur resultare ex instro, non autem ex testibus. Bart. in l. certi conditio § quia ff. si cert. petat. ubi loquitur in terminis Stat. probationes facere prohibentis.

§. Illi quibus. Judices appellationum electi non receptis litis confidentiis possunt allegari suspecti, et quomodo. Vid. Legem anni 1593. impress. post. Cap. Nequis in caus. propr. in fin.

Judex qui habet iurisdictionem à Statuto debet servare formam Stati, alias dicitur persona privata et non valet quod fecit. Borgnin. decis. 18. n. 85. p. 2.

§. Non possint. Judices appellationum succedunt in locum primi Judicis à quo, sed solum circa ea, super quibus Judex à quo cognovit, non autem in aliis. Dorr. Var. tom. 3. tit. 13. de fruit. 1. n. 2. ex quo agit questionem, utrum coram ipsis possit proponi reconventio, et decisum refert pro affirmativa.

Possint tamen. Hinc infert D. Baldisonus in vot. impress. apud Casareg. resolut. 3. n. 21. et 22. post adnotat. ad Stat. de Decret. et de Success. non dari appellationem ab interlocutoria continente gravamen, quandiu definitiva reparari potest.

appellatio fit deserta.

Per appellationem interpositam, vel ieterponendam, & eius occasione, non impediatur executio sententiarum latarum in causis executis, in quibus appellari potest, neque sententiarum latarum per quamlibet rotam ciuilem Genuæ; imo appellatione non ostãte, possit ille, qui sententiam in prima instantia obtinuerit executionem petere, & solutionem consequi: sed teneatur cauere in actis magistratus per fideiussores cum renuntiatione iuris de principali, idoneos, & approbandos de restituendo id, de quo solutionem fuerit consecutus pro executione sententiæ in totum, seu pro parte; & in casu quo sententia per ipsum obtenta in totum, vel in parte non trãsiuerit in rem iudicatam; & iudices appellationis non possint verbo, vel scripto, vel alio modo, neque etiã persuadendo impedire executiones prædictas, nec in eis se intromittere, sub pœna scutorum centum, ab eorum singulo irremisibiliter exigenda.

In causis appellationum non possint fieri aliqui processus, neque aliqua probatio, sed seruiant solum illi, & illę, quæ factæ fuerunt coràm magistratu, qui sententiam tulit; sed solùm possit vtraque pars in dictis causis appellationum exhibere instrumenta, & scripturas publicas intra primos dies triginta termini instantiæ dictæ appellationis; dummodo exhibens iuret ad formam ordinatam in capitulo de modo procedendi in causis ordinarijs: & in casu exhibitionis pars, contra quam fuerint exhibita iustrumenta, seu scripturæ publicæ, habeat tempus dierum decem ad reprobandum eas, & contenta in eis per omne genus probationis, & eo casu liceat etiam exhibenti facere intra dictos dies decem probationes pro comprobatione exhibitionum.

Illi, quibus factæ fuerint appellationum commisiones, vt supra, teneantur commissionem acceptare, & compellantur ad acceptandum per magistratum à quo, seu per magistratum committentem iuris remedijs opportunis, nisi habeant iustam excusationem, seu iustam causam excusationis arbitrio magistratus committentis: Et in casu admissæ excusationis fiat electio aliorum salua semper auctoritate syndicatorũ supremorum, & ordinariorum.

Quãdo in vna causa appellationis sunt plures iudices, & non habent deputatũ tribunal, congregentur in domo senioris, & ipse senior sit prior.

Non possint iudices appellationum, neque audeant excedere aliqua ratione, seu causa auctoritatem sibi competentem, seu commisionem sibi factam; possint tamen cognoscere de grauaminibus interlocutoriarum, & teneantur sententiam ferre, seu consilium deponere intra tẽpora statuta à capitulis, & dictam sententiam facere claram, & apertã non implicitam, non inuolutam, non obscuram, non delusoriam; sed definitiuè terminando, condemnando, vel absoluendo, sub pœna amissionis salarij, & pœna solidorum duorum vsque in quattuor pro qualibet libra æstimationis causæ, arbitrio syndicatorum; & cognitio, vtrùm iudices tulerint sententiam talem, seu deposuerint consilium tale, spectet ad supremos syndicatores.

De

De nullitatibus non attendendis. Cap. IIII.

IN causis appellationum à sententijs magistratus dominij, qui non iudicauerit de consilio iurisperiti, non attendantur nullitates infrascriptæ, Vz. Licet non esset pronuntiatum super competentia iudicis; dummodo sit competens.

Si super legitimatione personarum litigatorum nō fuerit pronuntiatum, dum tamen personæ sint legitimæ.

Si impensæ non fuissent solutæ, licet solui deberent.

Licet petitio non fuerit facta solennis, sed quæque petitio, seu requisitio in actis quoquomodo redacta sufficiat, dummodo certum reddat aduersarium.

Si probationes inuenirentur factæ extra terminos assignatos ad probandum, dum tamen de subornatione timeri non possit; & hoc pendeat ex mero officio iudicaturi.

Si necessarium ad causam reperiretur positum non ordine, neque loco.

Si petitio ineptam actionem contineret; dummodo iudicium accomodetur secundum probationes repertas.

Si mulier peteret in iudicio, vel minor annis viginti quinque, maior tamē decemocto, non adhibitis consensibus requisitis, dummodo non fuerit ipsorum præiudicium, quod arbitrio iudicis pendeat, dum tamen acta ratificentur legitime, saltem ante sententiam; quæ ratificatio non possit impediri per aliquam protestationem.

Si quis ageret contra tertios possessores, non facta excussione bonorum principalis debitoris, dummodo constet coràm iudice appellationis debitorem ipsum non habere bona expedita.

Si per curatorem, vel tutorem fieret aliqua petitio, vel interpellatio non adhibitis propinquis curæ, seu defuncti; dummodo constet illa cedere in vtilitatem curæ.

Prędictis non obstantibus, sed ipsis reiectis, ius ministretur litigatoribus, vt meritorum ratio suaserit, & gesta in contrarium sint nulla.

De impensis litium reficiendis. Cap. V.

QVi in causa succubuerit per sententiam definitiuam, seu habentem vim definitiuè, siue sit actor, siue reus, & similiter qui molestauerit aliquem in iudicio, etiam nulla interueniente sententia; sed lapsa instantia, teneatur ad soluendum impensas victori, & hæc siue interuenerit iudicio sub suo nomine proprio, siue sub alieno; dum tamen interueniens alieno nomine non teneatur ad solutionem, nisi in quantum haberet penes se, de bonis sui principalis, & ad dictas impensas intelligatur, & sit ipso iure condemnatus, & ab eis absolui non possit per magistratúm, neque etiam propter iustam causam litigandi, sub pœna syndicamenti, & soluendi eas de proprio: & si sequeretur aliqua absolutio, sit illa ipso iure nulla, & nihilominus victus intelligatur condem-

natus

Heres beneficiatus an ipse personaliter teneatur ad solutionem inventarij Iudicij cum ipso agitati. vid. Card. decis. 93. nº 10.

Hoc statutum intelligi debet de expensis legitime factis, secus de factis illegitime et culpa victoris. Constantin ad stat. Urb. adnot. 59. art. 1. nº 38.

Expensae quaenam sint Valdaur. observat. 84. Rot. decis. 201. p. 16. recen.

Appellatione expensarum in hoc stat.º non veniunt damna, et interesse, sed sola expensae iudiciales. Pegueran. q. 359. nº 16, et seqq. ex Ludov. decis. 161. nº 1. et seqq.

Tutor pro suo iure, et interesse non condemnatur in expensis etiamsi defenderit principaliter. Peregrin. Mascard. lib. 1. cap. 15. nº 20, et cap. 15. § 3. nº 50, 51 et 52 et 56.

Succubuerit. vid. Buratt. decis. 836. nº 4.

Si reus respondeat negativè narrata, prout narrantur, etiamsi in parte succumbat absolvitur ab expensis. Paris. cons. 104. nº 16. lib. 3., Bart. in l. cum qui temere ff. de Iudic. nº 159.

Si minoris administrator tenens litigaverit, ipse, non minor ad expensas tenebitur iuxta Baldum Bart. in l. Ebita latio sub nº 33. vid. Magon. decis. Florent. 152.

Succubuerit, An dicatur succubuisse qui in iudicio p.ª instantiae fuit condemnatus, et appellatione pendente teneatur refficere impensas factas in p.º Iudicio et videtur quod sic, Marant. in sua prax. p. 6. de appell. nº 186 secundum quam fuit decisum p. Rot. Rom. anno Dni 1669. 15. 8bris. vid. Laurent. decis. 55. p. 101. et appell.ne seu reclamatione pendente litis expensae non debentur. vid. Capyc. Latr. decis. 100. nº 36. et 37., Marciano. dubio 18. nº 15. vol. 1.

In casu quo erat sententia absolutoria ab observatione Iudicij, nihilominus debentur expensae. vid. Constantin. ad stat. Urbanum 59. nº 126. et 128. Bald. in l. properandum § ille procul dubio nº 2. C. de Iudic. Gaiius in forma libell. in act. real. vernic. et expens. nº 16, et vid. Gratian decis. 137. nº 21. et 22 adest.

etiamsi iudicatum fuerit super uno tantum art.º vel super una tantum re ex pluribus petitis adhuc expensae peti potuerunt ad ratam victoriae, licet non totius litis finita dici possit. vid. decis. 3. post. Duvert. 36. Paulut. nº 12. Antt. in prax. § 30. ampliat. 37., 62. et 35.

§. Non possit. quoad moderationem expensarum litis, idest circa quantitatem, attentis statutis loci contrarijs. Pregutian. q.^ne 355. n.° 33.

§. Sit Iudex. Amplia etiamsi agatur de Clerico succumbente. Mintan. de continent. caus. lib. 3. cap. 16. n.° 10.

Taxatio. Taxatio expensarum potest fieri à Iudice à quo non obstante appellatione. Guidopap. de appell. q. 116. n.° 28.

Revisio. Revisio potest peti etiam post factam pronunciationem Iudicis dummodo intra diem unum postquam reus fuit citatus ad solvendum expensas taxatas ita fuit decisum per Rot. 1635. 11. Ian.ij in causa D.D. ... Massole contra D. Ioseph Massolam eius fratrem cepta 1631. q.ris in actis D. Alexandri de Ferrarijs, qua Rota in meliori ratione revocavit pronunciationem M. Commissarij.

Extranei. An Clerici teneantur prestare fideiussionem de impensis reficiendis ad formam huius Stat. pro appellatione? decisum fuit per M. Rot. in causa inter Rev. Petrum de Cella Priorem Ecclesie S. Eugheniani de Gravellia ex una et D.D. de potestate ex altera parte in qua pronunciatum fuit procedendum esse ad ulteriora prestita fideiussione ad formam in actis Notarij Dominici Sacchi... cepta anno 1528. Vid. Cornazan. decis. 166. per tot. Andreol. controv. 58. n.° 1. et seqq., Grass. de effect. Clericat. effect. 1. n.° 223.

Forenses etiam gaudent hoc Stat.°, quamvis dici possit esse de decisorijs et maxime q.^n Civis quasi contrahit in Iud.° cum forense, et ratione quasi contractus non subditus efficitur subditus, ac etiam ut inter litigantes equalitas servetur. Vid. omninò Posth. decis. Bonon. 38. n.° 120, et sic de ordinatorijs dicit Constantin. ad Stat. Urb. in presud. n.° 108.

natus victori ad expensas;& teneatur magistratus cogere victum ad dictam solutionem,præuia taxatione.

Non possit à prædictis aliquo modo reclamari, nec appellari, nullusque magistratus possit appellationes, seu reclamationes admittere, sub eadem pœna syndicamenti,& soluendi de proprio.

Sit iudex in predictis ille magistratus, coràm quo causa fuerit mota; & de causis coràm vtraque Rota ciuili Genuæ sit iudex ille solus, cui fuerit distributus processus causæ: ordinationes tamen eiusdem possint meliorari à Rota, intra dies quatuor immediatè numerandos ab ordinatione.

Possint non obstantibus predictis, arbitri,& arbitratores absoluere ab impensis, si id facere voluerint.

Si quis fuerit adeò negligens, seu malitiosus, vt diferat producere seu probare iura sua in causa,& pars aduersa de eis notitiam non habens, visis probationibus siue per testes, siue per scripturas incontinenti destiterit à causa,& cesserit liti,& causæ, teneatur malitiose diferens reficere impensas alteri parti non habenti notitiam vt supra; si verò id secutum fuisset absq; malitia, neutri partium debeantur impensæ, & à neutra prætendi possint.

Taxatio verò fiat per vnum notarium de collegio, eligendum datis confidentibus à partibus;& si in termino primi præcepti, citatus non comparuerit, vel confidentes non dederit, fiat commissio per iudicem vni ex notarijs confidentibus, ad instantiam petentis dictam taxationem.

Facta taxatione si soluere debens impensas prætenderit fuisse nimium taxatas,& petierit intra diem vnum à scientia taxationis cõmitti reuisionem, committatur dicta reuisio alteri notario de collegio, receptis confidentibus vt supra.

Et facto præcepto debenti soluere, quòd intra triduum soluat impensas, non secuta solutione, concedatur licentia, & executio expedita absq; vlteriori dilatione.

Teneantur forenses,& extranei, qui aliquem Genuensem conuenire voluerint, cauere idonee de impensis, si à parte fuerit requisitum, nec aliter vlterius audiri possint.

Prædicta intelligantur procedere coràm quocumq; iudice, officio, & magistratu ordinario, & extraordinario, comprehensis etiam arbitris, & arbitratoribus, sed salua auctoritate de qua supra.

De modo, & forma faciendarum executionum. Cap. VI.

Creditor, qui obtinuerit executionem, seu expeditionem executionis, vel concessionem licentiæ expeditæ, possit eligere executionem realem, vel personalem, & exinde variare, & de vna ad aliam electionem, seu viam redire toties quoties voluerit, non diuidendo tamen eã.

Declarato non obstantibus suprascriptis, quòd si dictus creditor consecutus fuerit solutionem pro parte sui crediti, possit pro residuo variare sicut voluerit, vt supra.

Et

Et ideò possit si voluerit illam exequi personaliter per detentionem, & incarcerationem debitoris, saluo priuilegio illis, qui personaliter detineri non possunt, & iure competēte illis qui non possunt cōpelli vltrà quam facere possint, & saluo hæredi beneficio inuentarij.

Si verò creditor voluerit solutionem suam consequi in bonis debitoris debeat solutionem prædictam consequi in re mobili, quæ appareat esse debitoris per iuramentum ipsius debitoris præstitum in responsione in termino primi præcepti, ipsi propterea faciendi; vel si dictus creditor ita voluerit in re mobili, quę appareat, vel probetur aliter, quàm per dictum iuramentum, quæ mobilia sicut supra apparentia, subhastari debeant de mandato magistratus per dies tres iuridicos, & exinde vendi, & deliberari, cum termino tamen dierum octo ad luendum, & pretium solui creditori pro concurrenti quantitate; & interim dicta mobilia stare debeant penès depositarium idoneum arbitrio magistratus, qui licentiam concessit, facta consignatione in pondere, numero, vel mensura.

Possit etiam creditor petere adiudicationem nominis debitoris confessi vel condemnati, vel obligati suo debitori, per scripturam publicam, quæ ex forma statutorum exequi possit; in qua adiudicatione teneatur dictus creditor præstare fideiussionem idoneam de restituendo habentibus iura potiora, & de contribuendo cum habentibus æqualia iura.

Declarato quòd nomina debitorum intelligantur esse inter mobilia.

Si non apparuerint mobilia modo prædicto, possit creditor per mandatum concedendum, & ęstimatoribus dirigendum consequi solutionem in bonis mobilibus, si aderunt expedita, ad notitiam creditoris, vel ęstimatorum, ad rationem denarij pro denario, aut in immobilibus etiam ad rationem de duobus tria, ad electionem creditoris, quod æstimum fieri debeat vt in statuto de æstimatoribus.

Et licet debitor esset incarceratus, posſit nihilominus creditor solutionē suam pro eodemmet credito consequi in bonis dicti debitoris, manente salua incarceratione vsq; ad solutionem prædictam consecutam inclusiuè; & similiter si fideiussorem, seu alium obligatum haberet pro eodem debito, posſit etiam realiter, & personaliter contra obligatum procedere: & nihilominus firma maneat incarceratio vsq; ad consecutam solutionem inclusiuè; & quatenus in aliquo ex prædictis casibus non esset consecuta solutio plenaria, remaneat firma carceratio p residuo.

Contra doctores, medicos, mulieres, & alios, si qui sunt, qui priuilegium personale habeant de iure, procedi possit ad forestationem vt in statuto de modo forestandi.

Leges quibus conceditur beneficium cedendi bonis, non admittantur, nec effectum, aut efficatiam aliquam habeant, sed irritæ, cassæ, & nullæ sint, & habeantur, nec allegari posſint.

Qui detineri fecerit debitorem suum per nuntium, & exinde alia die per subcaualerium, habeat à detento impensas omnium detentionum, & qui detineri fecerit per caualerium absq; nuntio, & subcaualerio, soluere teneatur de suo, mercedem dicti caueleri j.

Habens

Competente illi // Utrum hoc beneficium Deductione egeat // apponi possit in Jud.° executivo? Vide distinguentem Bart. in l. Si filiusfamil. n. ff. quod cum eo Socin. Iun. in l. Inter ff. de re Judic. Aretin. lug. 6. minime Instit. de capit. diminut., Cattagn. in proem. p.te n. n.° 82. et seqq., Cancer. Var. p.te n. cap. 3. n.° 115. et 116. Mut. decis. 92. n.° 18. Giurb. decis. 22. n.° 9., Tristan. decis. 3n. n.° 38. et 39.; Grass. de except. in prelud. n.° 132., Cartar. decis. 2. 183.

Obligatus ad exhibendum factum in vim sententiæ non gaudet privilegio personali, quia videtur Judicium iussum contemnere, et sic delinquere. Vide Ubea de Cass. Iur. tit.° 5. q. 4. n.° 10. et seqq. ac alios ab eum allegatis, et precipue Carleval. de Judic. ubi allegatis in fine.

Salvo heredi beneficio // De hac clausula vid. omnino votum apud Balm. Nep. allegat. 361. n.° 50. et 53. et in eadem Vid. eundem Balm. allegat. 191. n.° 36., et in allegat. 193. n.° 31. et 32.; quæ est decisio Rotæ Romæ in d.a causa. In contrarium vero scripsit Mans. in eadem causa consult. 508.

In bonis Debitoris // executio non potest fieri in bonis a 3.° possessis, et ipso non citato, et de hoc cognoscere etiam merus executor. Cartar. decis. 50.

In re mobili // Utrum mobilia debent esse penes Debitorem, seu si penes 3.um Bosch. cons. 366. n.° n.

Sicuti hic a Stat.° traditus, qui est etiam de iure com., ut nempe capiant p.o mobilia deinde immobilia preter-mittat, utrum executio sit nulla. Vid. pro nullit. Syr. q. 13. per tot.

Preceptum, quod de stylo ~~traditur~~ transmittit ad presentandum mobile est iusta cautela de qua Salgad. labyr. p.te 1. cap. 13. n.° 90., Gratian. discept. 2. n.° 50.

Luendum // luere est idem ac redimere. Beniell. cons. 63. ideoque secundum opinionem Beniellis cit. erit cessibile, sicut ius redimendi prout in Stat.° de estim. et dation. in solut. § possit ille. ubi vid.

Adiudicationem // quod debitor adiudicandus citari debeat, decisum fuit p. Ill.mos DD. Iud.es 1651. die 7. Febr. de voto M. Nicolai de Lere. Vid. Scacc. de comerc. § n. glos. 5. n.° 219. Bosch. cons. 215. per tot, et ita praxis observat.

Remedium adiudicationis est ordinarium et appellabile. Salg. de Credit. cap. 2. in appendice.

Contrarium Gratian. cap. 503. n.° n., Rot. de subhast. inspect. 13. n.° 109, Statt. cons. 300. Curat. decis. 65. n.° n. et 13.

Si petatur adiudicatio nominis Debitoris cessi alteri Creditori, non est necesse, quod citetur cessionarius, sed sufficit citari cedentem qui est Debitor petentis adiudicationem. Vid. Reguerol. alleg. 56. n.° 9.

Adiudicatio facta pro maiori summa, quam sit verum debitum est nulla in totum, secus est in dat.ne in solutum extraiudicial. Altimar. ad Rovit. cons. 49. n.° 15.

De adiudicatione facta pro summa partim indebita. Vid. Andreol. controv. 160. n.° 6. et 7.

Fideiussione // qui tenetur fideiubere ex Stat.° non satisfacit, si principalis etiam non se obligat. De Marin. resolut. quotid. cap. 137. n.° 19. lib. 1.

Hæc fideiussio sufficit, quod prestetur antequam exequatur sententia adiudicationis, et sic solet Iudex concedere adiudicationem cum clausula prestita fideiussione. Beniell. cons. 20. sub n.° 12.

Ista fideiussio prestari debet etiam parte non opponente. Iadiern. ad Tart. decis. 53.

Hæc fideiussio durat quinquennio. Vid. Castald. cons. 160. n.° 4. et seqq. et Rot. Rom. decis. divers. tom. 7. fol. 127.

De restituendo // De solutione facta cum hac clausula vid. Salgad. labyr. p.te n. cap. 6. n.° 7. et 8. cum pluribus seqq. Rot. post Conhor. tini adnot. 20. n.° 254. Rot. decis. 291. n.° 16. et 17. p.te 19. rec. et vid. Accurs. decis. 100. n.° 16. et 17. Paschal. dissert. 54. n.° 12., et decis. unic. 1610. per tot.

De duobus tria // Si non adsint pro omnibus Creditoribus qui concurrant bona sufficientia cessat beneficium de duobus Ancharan. Iun. cons. 62. n.° 7. 8. 9. Alot. in l. si quando § 12. n.° 15., Marcabrun. cons. 3. n.° 25. Surd. decis. 318. n.° 10., Gargiar. cons. 49. n.° 12. Altograd. cons. 63. n.° 11. Gratian. discept. cap. 116. n.° 16. in fin. Altograd. cons. 86. n.° 29. ubi in puncto huius Stat.i Bonden. Miscell. docum. 12. n.° 11. et 12. et per tot. Dibean. de Sacc. cap. 7. q. 12. Lib. 11. 121.

In datione in solutum extraiudiciali, et volontaria non potest haberi, et consequi ratio de duobus tria. Cyriac. controv. 393. ubi late, et precipue n.° 21. et 22.

De Stat.° consimili concedente adiudicationem pro 3.a parte pluris. Vid. Mangil. de subhast. q. 161. in fin. Vid. Roth. de subhast. inspect. 51. per tot, Marin. ad Reverter. decis. 253. n.° 5., et ubi adsint alia Stat.a similia. Vid. Cyriac. controv. 393. a n.° 19. et seqq.

Et alios // Socius an possit personaliter detineri ad instantiam socii, item frater ad instantiam fratris. Vid. Altograd. cons. 39. vol. 1.

Nota quod licentia expedita in vim debiti confessi exequi non potest, imò neque relaxari à Not.° ad instantiã Cessionarij sine citatione Debitoris, et decreto Iudicis. Ita pronunciatũ p Sup.mos anno 1621. 19. Maij. Vid. Caster. decis. 66, Grass. de except. in proœm. n.° 118.

<u>Diebus iuridicis</u>. Nota quod licentię concessę a Delegatis exequi possunt tempore feriarũ caloris et messiũ. ita fuit decisum p Sup.mos anno 1621. nov. 8bris in causa inter Dom.cum Lupum carceratũ ad instantiã Dom.ci Sordenis

Licentię concessę ab arbitris etiàm in die feriata exequi possunt, et ita fuit decisum p Sup.mos 1621. die 4. Augusti in causa detentionis Io: Thome Savignoni ad instantiam Io: Baptę Lavagnini.

<u>In domo</u>. An domus appellatione veniat apotheca. Vid. Castren cons. 111, et Surd. cons. 38. n.° 6 et 5. vol. 1

<u>Etiam non iuridicis</u>. An sint exclusę ferię ad honorem Dei. Vid. Altograd. cons. 93. n.° 59. lib. 1.

Habens saluumconductum teneatur in prima detentione ostendere dictum saluumconductum, ne detineri faciens frustetur in impensis, aliter teneatur ad omnes impensas ratione detentionum secutas.

Cauallerius detinens aliquem pro minori summa librarum mille teneatur stare cum detento, & accedere cum eo per ciuitatem quò voluerit detētus, exclusis locis immunibus, per horas tres, seu vsq; in horas tres, arbitrio detenti, mediante sua condigna mercede.

De licentijs, & earum executione. Cap. VII.

LIcentiæ expeditæ possint exequi omnibus diebus iuridicis, de die tantum, & personaliter exequi non possint in domo habitationis debitoris, nisi de licentia supremorum, seu minorum syndicatorum, ex aliqua vrgenti, & iusta causa, & parte citata.

Licentiæ de suspecto possint exequi omnibus diebus, etiam non iuridicis, & omnibus horis etiam de nocte, & in quocunq; loco, comprehensa etiam domo habitationis debitoris.

Licentiæ illæ de suspecto, quæ conceduntur tàm contra bona, quàm contra personas debitorum in genere, quæ nuncupantur licentiæ generales, non possint concedi nisi vsq; in quantitatem librarum quinquaginta, & nisi prius impetrans huiusmodi licentias promittat, & fideiubeat de non detinendo, nec pignorando nisi veros debitores, aliter de soluendo damna, impensas, & interesse, & aliter concessæ non valeant.

Qui in executione huiusmodi licentiarum generalium aliquem detineri fecerit pro suspecto, vel pignorari absque eo, quod fecerit fidē coràm magistratu de credito, teneatur saltem fidem facere coràm supremis syndicatoribus de suo credito, eorum arbitrio, qui possint detētum relaxari facere in totum seu pro parte, si sibi videbitur fidem de credito pro toto, seu parte non fuisse factam, & hoc intra dies quindecim, & teneatur petitionem suam porrigere, seu executionem, vel requisitionē, aut prætensionem secundum naturam causæ coràm iudice competenti, & partem citare ad respondendum intrà dies octo iuridicos, alioquin detentus relaxari debeat sine vlla exceptione.

Non tamen propterea intelligatur in aliquo preiudicatum iurisdictioni cuiuscunq; iudicis, qui de materia cognoscere haberet respectu licentiæ, quocunq; modo concessæ, & capturæ secutæ.

De mandatis, & licentijs pro bonis defuncti concedendis. Cap. VIII.

NOn concedantur mandata, neque licentiæ pro hæreditatibus ab intestato nisi constet per testimonium duorum propinquorū ex proximioribus defuncti, & duorum vicinorum, ex proximioribus domus, in qua defunctus habitabat, illum decessisse, nullo condito testamento, neq; vltima volūtate de quibus notitia habeatur; & nisi prius emisso proclamate respectu ciuium Genuæ, in bancis, & in contracta domus habitationis defuncti; respectu verò illorum de dominio, in con-

tracta habitationis defuncti,& in locis,in quibus solent fieri proclamata,quòd si est aliquis, qui sciat,vel notitiam habeat de aliquo testamẽto seu vltima voluntate dicti defuncti debeat illud manifestare intra dies tres;& si tractaretur de defunctis in dominio extra locum , in quo tractabitur,terminus sit de dictis tribus diebus,& vltra de tot,quot importabit distantia loci ad milliaria viginti pro quolibet die.

Proclamata respectu decedentium extra dominium fiant in contracta domus,in qua mortui erunt,cum termino dierũ trium coràm iudice illius loci,& habeatur fides ab eodem iudice , quòd intra tempus nemo cõparuit,qui notitiã dederit de testamẽto seu vltima voluntate vt supra; fiant etiã dicta proclamata in locis, in quibus fieri solent proclamata illius magistratus,à quo mandatum,seu licentia haberetur.

Et hæc nisi aliter per Senatum expressè fuerit dispensatum.

De aduocatis, & procuratoribus habendis. *Cap. IX.*

MAgistratus teneantur inuestigare diligenter patrocinia,& allegationes,quas coràm ipsis dabunt,& præstabunt aduocati causarũ , & causidici: & si quos cognouerint calumniosas,seu cauillosas oppositiones, seu exceptiones facere,seu fieri facere à clientibus suis,suspendãt eos ab officio per tẽpus, ꝙ ipsis magistratibus videbitur : quo tempore durante non possint ad curias accedere occasione patrocinij exhibẽdi.

Non possint aduocati consulere contra aliquod instrumẽtum , quod ipsi dictauerint,vel quod eorum consilio compositum,vel extẽsum fuerit, nec contra aliquam sententiam,quam ipsi tulerint,seu ferendam consuluerint,nec patrocinium præstare alicui in aliqua causa , in qua primò fuerint aduocati pro parte aduersa, sub pœna scutorum quinquaginta pro qualibet vice contrafactionis,applicata pro tertia parte illi, contra quem consulerent,seu patrocinium præstarent,& vltra sub pœna suspensionis per tempus arbitrio syndicatorum.

Nullusque aduocatus , causidicus, procurator, siue sollicitator in aliqua causa possit esse contrarius eius,quòd antea in dicta causa,seu occasione eiusdem dixisset,defendisset,vel allegasset,sub pęna librarum decẽ, vsq; in centum pro qualibet vice, & etiam sub pœna suspensionis arbitrio syndicatorum.

Qui quidem doctores,& causidici teneantur scripturas,& supplicationes subscribere,apponendo nomen,& cognomen;& notarij teneantur non subscriptas non recipere : & hæc sub pœna scutorum quinq; pro quolibet contrafaciente , & qualibet vice , applicata pro tertia parte illi, contra quem scriptura,seu applicatio non subscripta esset deposita.

Nullus possit constitui procurator in aliqua causa,super vno,aut pluribus articulis,sed solum constitui possit super tota causa ; & qui procuratorem constituerit etiam super tota causa, possit quandocunq; voluerit, eum reuocare, non obstãte quòd sit effectus dominus litis, data eidem tamen prius notitia, & parti de dicta reuocatione, & dummodo reuocans sit præsens vbi tractatur iudicium, vel ibi alium procuratorẽ presentem

Advocati, et Proc.res non faciunt de stipendio quietationes. Posth. de manuten. observ. 41. n.o 26.

§ Non possint. § qui fuit advocatus, vel consuluit in aliqua causa, non potest in ea esse Iudex. l. nemo. C. de offic. Assessor, Sanfelic. decis. 33. et 34. Gratian. cap. 2. n.o 5.

Revocare. § acta facta cum Proc.re revocato, nulla tamen habita notitia de huiusmodi revocatione tenent, et nihil exinde sequens non retrotrahitur ad diem revocationis. Leon. de Leto tract. cap. 9. cas. 13. n.o 1. et seqq.

Revocatio non intimata non relevat. Gratian. cap. 41. n.o 26. 1. Monter. decis. Aragon. 23. per tot. Solin. de Procurat. p.e 3. cap. 5. n.o 96. et seqq. Rot. coram Emerix. Iun. decis. 1182. n.o 11.

De iure Procur. factus Dominus litis non potest invita Parte nec tacite, nec expresse revocari. Burat. decis. 213. n.o 1.

sentem cōstituat in actis,vel per instrumentum in actis exhibitum.

Non possit aliquis habere,nisi vsq; in duos aduocatos,& vnum causidicū in vna causa;& si ab vna parte plures starent in causa, idem intelligatur de pluribus,quod scilicet omnes non nisi duos aduocatos,& vnum causidicum habere possint.

Et non obstantibus prædictis, licet aliqua partium haberet plures aduocatos,seu procuratores ex permissione prædicta,aut aliter in vna causa,& expensæ ipsi solui,seu restitui debuerint,taxentur duntaxat habito respectu ad salarium vnius aduocati, & vnius causidici tantum, & reliquos habeat sine aliqua spe recuperandi impensas.

Quęlibet partium teneatur ad instantiam alterius manifestare cum iuramēto in actis causæ,qui sint eius aduocati,& procuratores;& similiter quilibet aduocatus, & causidicus teneatur iurare, & cum iuramento manifestare an sit aduocatus,seu procurator,& an consulerit in causa, & an propterea salarium, seu pecuniam habuerint.

Si quis verò aduocatum,vel procuratorem causidicum habere nō potuerit,& ad magistratum pro ipsis habendis recursum habuerit, teneatur magistratus ipsi comparenti de eis prouidere, ipsum coęquando cum aduersario suo:& aduocati, ac procuratores dandi teneantur patrocinium suscipere,& iurare illud bene, & fideliter præstare;nisi intellectis meritis causæ iurarent, se esse opinionis,& sententiæ quòd ille cui dati fuerunt,iniustam causam foueret.

Et prædicta omnia in ciuitate sint de iurisdictione supremorum,vel minorum syndicatorum; in dominio autem sint de iurisdictione magistratuum, seu iudicum causarum.

Quomodo aduocati audiri debeant. Cap. X.

TEneantur magistratus ordinarij per horam vnam ad minus ante sessionem mane faciendam audire partes, & earum aduocatos, & procuratores, & etiam per horas duas ante sessionem in vesperis faciendam audire similiter dictas partes,& aduocatos,seu procuratores, exclusis Rotæ ciuilis Genuæ auditoribus, qui quoniam in vnum conuenire debent pro discutiendis, & examinandis causis, quæ erunt in termino expeditionis, non teneantur in vesperis dictam audientiam dare nisi diebus lunæ,mercurij, & veneris si fuerint iuridici, aliàs die sequenti iuridica; sed dictis alijs diebus iuridicis in vesperis teneantur conuenire pro discutiendis causis,vt supra.

Non posint tamen iudices audire aduocatos, nisi semel super qualibet pronuntiatione,& per tres vices ad plus super meritis, etiam in causis quantumcunq; grauioribus,& hoc præcedentibus præceptis de scientia iudicis ad allegandum;& vt sciri possit per quot vices fuerint auditi aduocati,magistratus,& in causis Rotę ille,cui fuerit distributus processus,de hoc scripturam facere debeant;& intelligantur auditæ iuriū allegationes,etiā quòd vnus solus aduocatus actoris, vel rei fuerit auditus die cōstituta in præcepto ad allegandū,alterius partis aduocato

non comparente, & hæc obseruare debeant sub pœna syndicamenti, & alia quacunque pecuniaria arbitrio syndicatorum.

Non tamen possint aduocati audiri super meritis in causis, in quibus ex forma statutorum signandus est processus, nisi postquam dictus processus fuerit signatus.

De curatoribus generalibus. *Cap. XI.*

SYndicatores ad quos spectat curatores generales eligere in ciuitate Genuæ, non eligant nisi notarios de collegio notariorum Genuæ, vel causidicos de collegio causidicorum Genuæ; & magistratus in dominio non eligant curatores generales, nisi notarios, seu causidicos in eorum iurisdictionibus respectiuè, & eis non extantibus, seu in numero nõ competenti arbitrio ipsorum magistratuum eligant alios oriundos, vel in ciuitate Genuæ, vel in iurisdictionibus eorum respectiuè bonæ conditionis, & famæ, ac litteratos.

Non possint eligi minores ætatis annorum triginta.

Curatores generales, vt supra electi teneantur antequam admittantur ad acceptandum curas, iurare corporaliter tactis scripturis, & promittere, ac fideiubere idonee, vsq; in summam librarum tricentarum arbitrio eligentis, de officio bene, & legaliter, & sine dolo, & fraude exercẽdo, & de saluando, & custodiendo bona fide secundum formam iuris, & statutorum, omnia, quæ ad eorum manus peruenerint, & rationem officij, & administrationis reddere, & obseruare omnia illa, quæ ipsis ratione officij incumbunt.

Quotiescũq; aliquis creditor, vel sua interesse putans, de quo credito, vel interesse stetur eius iuramẽto, petierit dari aliquẽ curatorẽ bonis alicuius defuncti, seu absenti, vel latitanti, aut bonis, vel liti mouendæ, salua dispositione statuti de curatoribus minorũ; magistratus denuntiari faciat in domo, in qua solitus erat morari defunctus absens, seu latitãs, & tribus ex eius proximioribus propinquis si reperiri poterunt in dicto loco, seu intrà milliaria duodecim; & in defectu propinquorũ, tribus ex proximioribus vicinis, & faciat etiã præconizari respectu ciuitatis Genuæ in platea bancorum, & respectu dominij in locis solitis, & vtrobiq; in cõtracta, in qua ille, cui, vel cuius bonis dãdus est curator, consueuit habitare, quòd si quis est qui velit esse curator bonorum dicti defuncti absentis, seu latitantis, vel bona prædicta, seu ipsum defendere comparеat coràm magistratu intra tẽpus in denunciationibus, & proclamate assignatum: & si comparuerit aliquis defensor, qui velit bona defuncti, seu absentem, vel latitãtem defendere, qui comparens se obliget, & fideiussionem idoneam præstet, quòd acta facienda contra ipsum valebũt, vt facta contra personam legitimam, aliàs soluere, & complere de suo, detur ipse curator; vel si comparuerit aliquis ex propinquis, seu vicinis citatis, qui velit causam assumere, vel petat dari aliquem ex curatoribus generalibus per eum nominatum, detur curator ipse propinquus, vel vicinus, vel curator generalis nominatus, vt supra.

Si

Curatoribus non licere se vocare citatos ad omnes actus, nec de diebus anticipato nec committere aliis defensionem eorum, nec non et Notariis actuariis recipere similes citationes. Decretum Mag.^ci^ Sup.^mi^ Cons.^i^ anno 1630. 30. Iunii in Manuale.

Absentis. Absens non dicitur qui est in Dominio. Sic Sup.^mi^ anno 1681. in causa Caesaris Procur.^ris^ in filiat. 1. ann. 1680. n.° 30.

Pro contraria quod absens vere dicatur qui non est in eo loco in quo petitur, et qui sit extra continentia urbis Vid. Gonzal. ad Reg. Cancell. glos. 23. n.° 20.

Sed quod absens non dicitur qui est in eadem Provincia tenuit Rot. decis. 269. n. 5. coram Bich. Rot. de Invent. § 95. versic. modo has opiniones.

Propinquorum nomine non veniunt affines, unde de scientibus propinquis debent adhiberi vicini l. fin. C. de verb. signific. Bertachin. [illegible] Bart. [illegible] in l. fin. C. de verb. signific. n. 4. interpretatio huius Stat. supposito [illegible] Iason. [illegible] Vid. quoq. [illegible] Castr. cons. 148. n. 11. lib. 1. Fes[illegible] ad Stat. Urb. sub. cap. 151. n.° 131. Roland. a Vall. cons. 64. n.° 3. lib. 1. [illegible] allegat. [illegible] n.° 10 et seqq. Peregr. de fideicom. art. [illegible] n.° 30. Alex. Bosch. cons. 533. n.° 3. [illegible] in l. cum avenam n.° 1. C. de leg. [illegible] Iason n. 4. [illegible] n.° 2. et addit. [illegible] Benincasa decis. 394. n.° 6.

Pro contraria Vid. Fusar. de success. q.^e^ 363. n.° 1. Peregrin. de fideicom. art. [illegible] n.° 30. et Vid. Statutum in cap. [illegible] lib. 2.

Quod non veniunt naturales, Alex. cons. 63. vol. 2.

[illegible] concurrit [illegible] matrimonium, quia [illegible] affines, et [illegible] in hoc casu sufficit [illegible] vicinorum. Castell. in [illegible] consil. 139. n.° 12. lib. 1. Constantin. ad Stat. Urb. adnot. [illegible] n.° 83.

Anno 1698. die 13. 9bris Sup.ri declara-verunt decessum non fuisse commissum a Mag.tu Extraorum qui deputaverat personam legitimam pro herede, et hereditate q. D. Julij Spinule, non obstante, quod eius hereditas fuisset adita, et adessent heredes heredis d. Julij, nempe DD. Fran.cus M.a et Ghetardus Spinula fortitan q.a in d.a deputatione posite fuerant clausule, citra preiudicium heredum. Impugnabatur d.a deputatio q.a non adhuc existebat d.a hereditas, q.a heredes erant sui iuris et non absentes, et q.a resultabat ex d.o decreto privatio citationis, aliasque de iure faciende, cuicunque habenti interesse. l. de unoquoque ff. de re Iudic.

Acta et gesta, verificantur tam in iis, que sunt voluntarie, quam in iis que sunt contentiose iurisd.nis Beroisebus. con. n.o 3. vol. 3. et ibid. glos. in l. 1. in verbo acta gesta ff. de curat. bon. dand.

Instrumenti appe.latione comprehenditur scriptura privata, et apodixia l. instrumenta C. de probat. l. notionem §. instrumentorum ff. de verbo. significat. Bart. in l. 1. ff. de fid. Instrum., Asin. in praxi § 11. cap. 4.

Si ex propinquis citatis plures voluerint conſtitui curatores, cōſtituatur proximior;ſi plures nominauerint curatorem conſtituendum vt ſupra, conſtituatur nominatus à proximiori: & in pari gradu conſtituat magiſtratus eum,quem ipſe elegerit ex petentibus conſtitui,vel ex nominatis reſpectiuè, & ſi quis petierit ſe conſtitui, & aliquis nominauerit conſtituendum,detur ille,qui petijt ſe conſtitui, etiam ſi nominans alium conſtituendum eſſet proximior.

Si ex vicinis citatis plures petierint eligi,vel plures nominauerint eligendum, magiſtratus eligat illum,qui ſibi videbitur;ſed petens ſe eligi prę feratur nominato ab alio,ſeu alijs: & prædictis non comparentibus,vt ſupra,conſtituatur curator vnus ex dictis curatoribus generalibus.

Declarato quòd ſi aliquis ex propinquis, vel vicinis,vt ſupra citatis, in conſtitutione curatoris vellet agere contra defunctum abſentem, latitantem,vel bona, quibus dictus curator fuiſſet conſtitutus, non poſſit agere contra dictum curatorem, qui reſpectu ſui non intelligatur habere perſonam legitimam, ſed debeat alium conſtitui facere ſeruatis ſupraſcriptis.

Acta,& geſta cum huiuſmodi curatore valeant,etiam quòd ſuperueniret heres, qui hereditatem apprehenſiſſet ante dationem curatoris,dummodo ille,qui litem,ſeu acta faceret cum curatore,ignoraſſet tempore inceptæ litis adeſſe hæredem,qui hæreditatem adiuiſſet; nam ſi id ſciuiſſet,acta cum curatore non valeant,niſi ipſo herede citato.

Si petitum fuerit dari curatorem bonis alicuius forenſis,vel non habitantis in dominio,citetur ille,penes quem eſſent,vel reperirentur bona illius,cui dari peteretur curator:& fiat proclama Genuæ, in platea bancorum,& alibi in locis ſolitis in forma ſuperius ordinata; & ſi ille, penes quem erunt bona,comparuerit,& voluerit ſuſcipere onus dictæ curæ admittatur ad eam ſuſcipiendam vt ſupra;& intelligatur legitimus curator,& acta cum eo valeant,& teneant, eo verò non comparente ſi alius comparuerit, qui cum promiſſione de rato velit defendere dicta bona,detur ipſe curator, alioquin tranſacto termino citationis, & proclamatis detur vnus ex curatoribus generalibus: verum ſi petens dari huiuſmodi curatorem forenſi, vel non habitanti in dominio non habuerit ſententiam,vel inſtrumentum, quod paratam habeat executionem,magiſtratus antequam curatorem conſtituat, teneatur inquirere vbi ſit ille, cuius bonis requiritur dari curator, & ſtatuere certum terminum arbitrio ſuo, infra quem poſſit comparere ad ſe defendendum,conſiderata qualitate perſonæ,& diſtantiæ loci,in quo fuerit;qui terminus incipiat à notitia de eo facta illi, penes quem eſſent, vel reperirentur bona vt ſupra.

Qui voluerit agere aduerſus curatorem,quem ipſe conſtitui non feciſſet, teneatur notitiam facere propinquis,ſeu vicinis,quos citare deberet, ſi ipſe vellet curatorem conſtitui facere de dicta petitione dāda; aliter curator non intelligatur habere perſonam reſpectu eorum, qui ipſum conſtituere non feciſſent.

Qui quidem curatores, vt ſupra conſtituti poſſint quaſcumq; lites, etiam

pro iuribus,& actionibus tempore non perituris mouere, & contra eos ab alijs moueri.

In constituendis curatoribus,& in causis huiusmodi constitutionum procedatur summariè,& per viam præcepti,& non possit notarius allegari suspectus.

De tutoribus,& curatoribus minorum. Cap. XII.

CVm pater,vel auus paternus non prouiderit minori de tutore, & curatore,vel si prouiderit tutor,vel curator noluerit acceptare vel facta acceptatione non exercuerit tutelam, seu curam aliqua occasione,vel non potuerit,siue per absentiam,siue aliter,& ideò dari debuerit tutor, vel curator dicto minori, si mater eiusdem minoris voluerit esse tutrix,& curatrix,citentur tres ex proximioribus propinquis minoris ex parte patris, si tot in eo loco,seu intra duodecim milliaria reperiri poterunt, aliter tot,quot poterunt inueniri, si volunt admitti, vel adiungi ad tutelam, vel curam minorum; & si propinqui ex parte patris non inuenirentur,vel inuenti nollent esse tutores,vel curatores,citentur tres ex melioribus propinquis ex parte matris, & si tot vt supra inueniri non poterunt,saltem quot inueniri poterunt, si volunt admitti,vel adiungi ad dictam tutelam,& curam,& sic constituatur,& admittatur mater ad tutelam, & curam, & adiungatur ei vnus ex dictis proximioribus propinquis, de linea paterna, & eis non existentibus, vel nolentibus, vnus ex dictis proximioribus propinquis de linea materna,& ad dictam tutelam, & curam admittantur, dum tamen sint idonei arbitrio magistratus, & præstita idonea cautione secundum formam iuris: si verò non inuenirentur propinqui de linea paterna, vel materna idonei arbitrio magistratus,possit esse tutrix,& curatrix mater sola sine aliquo adiuncto,cui tamen addi,& dari debeant duo consiliarij,qui magistratui videbuntur vtiliores, sine quibus administrare non debeat,sed teneatur id facere cum consilio ipsorum; & hoc intelligatur de matre, quæ non transierit ad secunda vota, nisi postea iterùm remaneret vidua,& si existens vidua fuisset admissa ad tutelam,& curam,& transierit ad secunda vota,remaneat priuata.

Si huiusmodi matre vidua ignorante, dati fuerint alij tutores, & curatores etiam confirmati,& ipsa mater voluerit suscipere tutelam, & curam,detur,& admittatur ipsa quoque cum alio,seruatis suprascriptis, & remoueantur alij, qui admissa matre vt supra, ipso iure remoti intelligantur.

Si mater non adesset,vel,si adesset,transiuisset ad secunda vota,vel nollet acceptare tutelam,& curam,detur tutrix,& curatrix auia paterna,dūmodo sit vidua,& seruatis alijs, vt supra de matre dictū fuit, quæ auia debeat etiam eligi,& admitti remotis alijs, præter matrem cōstitutis, ipsa ignorante,in omnibus vt supra de matre dictum fuit.

Si aliquis frater defuncti fuisset absens tēpore tutelę,vel curæ, postquàm reuersus fuerit,possit petere se adiungi matri,vel auiæ in dicta tutela,

& cura,

Si Mater eiusdem muneris. Quid si mater sit minor 25. annis, an debeat ad tutelam admitti tam dativam quam testamentariam. Vid. Cancer. Var. resolut. cap. 7. nº 75. et seqq. q. 1. negat Saison ad consuetud. Turon. tit. 32. de Tutor. art. 1. omnino viden.

Transierit ad 2ª vota. Utrum contractis sponsalibus statim privata remaneat tutela. Vid. Saison. ad consuet. Turon. tit. 32. de Tutor. art. 3.

Omissis [illegible] inferri ex hoc Stat.o, quod non teneatur Tutor ad usuras pupillares, a quo pecunias pupilli non implicaverit [illegible] illius, qui fuit liberatus a Testatore de neglectis, et omissis, sed vid. Sperell. decis. 90. n. [illegible] et infra cap. [illegible] seqq. § et similiter.

&cura, etiam si adesset alius frater adiunctus: & magistratus teneatur eum adiungere, si eidem magistratui videbitur huiusmodi adiunctionē esse vtilem, per informationē habitam à tribus ex proximioribus agnatis, vel in eorum defectu propinquis defuncti, qui iurent se credere vtile fore minoribus, quòd adiunctio fiat.

Sed si nec mater, nec auia paterna minorum adfuerit vidua, vt supra, vel existens noluerit esse tutrix, & curatrix, citentur tres ex melioribus propinquis ex parte patris, & tres ex parte matris, si tot poterunt inueniri, vel tot saltem quot reperiri poterunt in loco, & intra duodecim miliaria, & pro residuo vicini vsque in dictum numerum, & fiat præconizatio in contracta minoris, de tutela, & cura danda, quòd si quis velit esse tutor, vel curator, vel contradicere, quo minus detur, compareat coràm magistratu, intrà certum terminum in citatione, & proclamate assignandum, & sic dentur tutores, & curatores duo, vel in defectu eorum vnus ex agnatis, qui vtilior, & melior videbitur magistratui, ex his qui potuerūt inueniri vt supra: & præferatur auus paternus patruis minorū, & patrui ceteris agnatis, præsuposita semper idoneitate arbitrio magistratus; quibus idoneis non extantibus, vel non repertis, aut acceptare nolentibus, detur (seruatis prædictis) auus maternus, vel auia materna vidua, vt supra, cui adiungantur duo consiliarij, qui magistratui vtiliores videbuntur, de consilio quorum debeat administrare: & non existentibus dictis auo, & auia, vel acceptare nolētibus, constituātur duo, vel in eorum defectu vnus ex cognatis, qui vtilior, & melior magistratui videbitur, & ipsis vt supra non existentibus, vel acceptare nolentibus dentur alij, vel alius arbitrio magistratus, qui debeant præstare fideiussionem idoneam vt de iure.

Et si cōstituto curatore auo, vel auia maternis, vel cognato, aut alijs arbitrio magistratus, aliquis agnatus absens tempore constitutionis, reuerteretur & vellet adiungi in tutela, & cura, debeat magistratus eum adiungere, si ipsi magistratui idoneus videbitur.

Non possit tamen aliquis, neque etiam agnatus admitti ad tuttelam, vel curam minorum, cum quorum patre defuncto tempore mortis haberet litem, seu controuersiam, vel de quo verisimile esset, quòd in tutela, & cura se bene versari non deberet: patrui tamen dictorum minorum possint admitti, etiam si haberent res communes cum minoribus, & essent eorum creditores, seu debitores.

Et intelligantur omnia prædicta, salua dispositione patris, vel aui paterni, quorum voluntas circa constitutionem tutoris, & curatoris omnino seruetur; & si minor succederet alicui, qui eidem minori prouidisset de tutore, vel curatore, quantum ad bona ipsius prouidentis circa tutelam, & curam, seruetur eius voluntas.

Si quis constituerit fideicommissarium, executorem, vel curatorem aliquē, qui sit præsens, qui tunc nō dixerit se non velle, aut non posse acceptare, nō possit postea recusare beneficio alicuius legis, seu capituli.

Tutores, & curatores prædicti, & quicunque testamentarij habeant, & habere debeant priuilegium, quòd non teneātur de neglectis, omissis, ne

que oblitis, postquàm nullũ emolumentum percipiunt, sed teneantur duntaxat de his, quę peruenerunt ad eorum manus, vel in quemuis alium, eorum consensu; adeo quod quicunque consenserit, teneatur in solidum, & teneantur inuentarium conficere, seu confici facere, & hæc non obstante quocunque priuilegio in contrarium.

Qui coacti fuerint à magistratu acceptare tutelam, seu curã habeant etiã priuilegium quòd pro reddenda ratione non possint conueniri, nisi coràm delegatis eligendis; quod priuilegium possit etiam impartiri testamentarijs per Senatum, Extraordinarios, & officium Terræfirmæ in eorum iurisdictionibus respectiuè.

In causis electionum, & amotionum, ac adiunctionum ad tutelam, & curam ex forma præsentis statuti procedatur summarie, & sine processu; & si contigerit appellari, appellatio non retardet executionem.

Et vbi fuerint plures tutores, seu curatores, vel fideicommissarij quomodolibet constituti, maior pars ipsorum auctoritatem habeat, nisi aliter à constituente dispositum fuerit.

De officio tutorum, & curatorum, & ratione per eos reddenda. Cap. XIII.

TVtores, & curatores teneantur exercere munus, & administrare iuxta ordinata per testatorem, seu imposita per magistratum in electione; & teneantur inuentarium conficere iuxta formam statuti de forma inuentarij conficiendi.

Teneãtur vlterius quicunque tutores, & curatores conficere cartularium, in quo scribere, & annotare debeant fideliter, & legaliter omnia, & singula, quæ administrauerint, seu fecerint ratione tutelę, & curæ.

Et similiter teneantur omnes pecunias, quæ ratione officij ad ipsos peruenerint deponere in cartularijs sancti Georgij super ipsis tutoribus, & curatoribus, pro ipsis dandis minoribus, vel creditoribus, seu cui de iure dari debebunt & hoc intra dies octo ab exactione; sub pœna vinteni eius, quod non deposuissent etiam nemine instante, & non requisiti.

Curatores generales teneantur notificare quamprimùm potuerint suo principali, si id facere poterunt, vel per actum publicum in scriptis duobus ex promixioribus propinquis eius, vel eorum, de quorum bonis, vel hęreditate tractabitur, & in defectu propinquorum duobus ex proximioribus uicinis causas, & quęstiones motas contra ipsos, sub pœna librarũ uiginti quinq; pro qualibet uice, & ultra arbitrio syndicatorũ.

Teneatur quilibet tutor, uel curator infra annum unum numerandum à die suæ constitutionis ponere, & collocare omnia mobilia, quæ essent peruenta in ipsum, seu ad eius dispositionem curæ, seu tutelæ in emptionem locorum, seu pagarum comperarum Reipublicæ, uel in emptionem bonorum stabilium in dominio Reipublicæ, cum opportunis clausulis iudicio ipsius, & hoc respectu mobilis, quod receperit in dominio: respectu uerò mobilis extra dominium, habeat annos; duosquę quidem obseruare debeat sub pœna soldorum duorum pro libra eius, quod non collocasset, cuius pœnę medietas sit applicata hæreditati,

uel

Postquam nullum emolumentum Tutor petere potest a Iud.e, quod sibi constituat salarium pro laboribus tutelæ l. a Tutoribus §. fin. ff. de administr. Tut. et ibi Bart. Cancer. var. resolut. cap. 2 p.te 1. n.° 27. q. 1.

Teneantur inventarium conficere Quamvis Testator possit inventarij confectionem remittere ex l. fin. et ibi Scribent. C. de arbitr. Tut. Iudex tamen potest ex iusta causa a Testatoris voluntate recedere, et ad inventarij confectionem Tutorem obligare, ut per Bald. et alios in d.a l. final. Saxon. ad consuetud. Turon. tit. 31. de Tutor. art. 2. in princip.

Maior pars in causis passivis pupilli an sufficiat maiorem partem citare vel omnes citandi sint Tutores Manuscript. tom. 1. disc. 31. fol. 136. circ. medium.

Inventarium inventarium, et cartularium seu librum Tutores non conficiunt pro forma officij, sed pro reddenda ratione Bald. in auth. sed cum Testator in fine C. ad l. falcid. Ubi Merend. controv. lib. 19. cap. 40. n. 9. vol. 1. ex quo infert quod non obstante hoc statuto Tutores et Curatores, qui nihil administraverunt, non teneantur neque librum, neque inventarium conficere, neque rationem reddere. Idem Bald. in l. iuhemus n.° 10. et 11. C. de Episcop. et Clericis, et Marin. Farinac. cons. 90. n.° 17. vol. 1. ex seqq. cons. 91. n.° 12. et seqq. lib. 4. Castren. cons. 131. n.° 13. et comprobat lit. a. nostri stat.i ibi = qui administraverint seu fecerint ergo qui supponit administratis

Confessionem necessariam | illa dicitur, quae fit per modum contentiosae iurisdictionis non voluntariae. Bart. in l. certum § si is an et illos n. 11 g tot. ff. de confess. Alex. cons. 176 n. 3. lib. 6. Castren. in l. certum n. 1. Ruin. cons. 30 n. 3. et 4.

vel bonis, aut illi, cuius eſt curator, & nihilominus elapſo dicto termino compellatur per magiſtratus iuris remedijs opportunis ad collocãdum vt ſupra.

Declarato non obſtantibus ſupradictis quòd tutores, & curatores minorum poſſint retinere pro vſu dictorum minorum illa mobilia, quæ ipſis tutoribus ſeu Curatoribus videbuntur.

Generales curatores in fine cuiuslibet anni,& ipſi,& alij quicunque tutores, vel curatores in fine tutelę,& curę,teneantur in ſcriptis reddere rationem de dictis tutelis,& curis,& bonis ipſarum,& cuiuslibet adminiſtrationis; quam rationem teneantur reddere ad inſtantiam quorumcumq; intereſt,vel intereſſe poterit,& omnes prædictæ rationes deſcribantur in curijs,in quibus dati, ſeu admiſſi fuerint tutores,vel curatores;& ſi quid ramãſerit penes ipſos ſoluatur cui de iure ſoluendum erit vel deponatur in aliquo ex cartularijs ſancti Georgij.

Si tutores, vel curatores teſtamentarij fecerint in aliqua cauſa confeſſionem neceſſariam, confeſſio ipſa ſit rata,& firma,ita vt minores, vel alij venientes contra dictam confeſſionem non audiantur;aliorum verò tutorum, & curatorum confeſſiones ſint nullæ, & pro non factis penitus habeantur:

Non poſſint curatores bonorum, vel abſentium, vel latitantium vendere bona aliqua, niſi ſeruata forma ſtatuti de re vendita auctoritate magiſtratus.

Non poſſint dicti tutores,& curatores compromittere ſe de aliquibus negotijs,cauſis,quæſtionibus,vel differentijs,niſi interueniant conſenſus ſaltem duorum ex proximioribus propinquis defuncti,minoris abſentis,vel latitantis,vel eius,aut eorum,de quorum bonis tractabitur,ſi inueniri poterunt;& ſi in loco,ſeu intra milliaria duodecim inueniri non poterunt duo ex proximioribus vicinis, qui iurent ſe credere compromiſſum fieri pro vtili,& beneficio dicti defuncti,ſeu eius,de cuius bonis tractabitur, & facta compromiſſa etiam vt ſupra non valeant, niſi approbētur à Senatu,vel extraordinarijs,aut officio Terræfirmæ, vel magiſtratibus in eorum reſpectiuè iuriſdictione,cognita cauſa, aliter tàm compromiſſa quàm proceſſus,acta,& ſententiæ non valeant ipſo iure.

Ad quæ omnia cogantur,& cogi debeant tàm tutores,& curatores,ac eorum heredes,quàm fideiuſſores,& eorum heredes,per magiſtratus etiã ſi nulla promiſſio inactis facta eſſet.

Si quis verò ex prædictis tutoribus, vel curatoribus repertus fuerit committere fraudem,circa eius officium,vel in aliquo negotio ſibi commiſſo,remoueatur ab officio,ipſo iure ſaluo etiam iuramento in litem, & alijs iuris remedijs contra ipſos.

Geſta,ac acta dictorũ tutorũ,& curatorũ interueniente auctoritate,magiſtratus cũ cauſę cognitione, & ſeruata forma ſtatutorũ,ſint firma,& valida, excluſa etiã,& reiecta reſtitutio in integrũ, ſaluo iure minoribus, & alijs, ad quos ſpectat contra ipſos tutores,& curatores.

Et in prædictis,& in redditione rationis procedatur ſine libello, ſine figura iudicij,ſummarijſſime,& per viam præcepti.

De remouendis tutoribus, & curatoribus. Cap. XIIII.

SI tutor, vel curator fuerit delatus coràm aliquo magistratu, quòd nolit defendere bona, seu illos, quorum est tutor, vel curator, teneatur magistratus eum citari facere; & si inuenerit ipsum illud facere sine iusta causa, arbitrio ipsius magistratus debeat ille admoneri, vt defendat; quod si facere noluerit, remoueatur à tutela, seu cura; & expensis amotorum constituãtur tutores, seu curatores, seu defensores legitimi.

Si quis vero tutor, vel curator etiam testamentarius malè gesserit tutelã, vel curam, teneatur magistratus etiam sine accusatore remouere eum, tanquam suspectum ab administratione tutelæ, vel curæ, & compellere ad reddendum rationem de administratione, & ad collocandum pecunias, & residuum iuxtà formam statuti; De officio tutorum, & curatorum, & ratione reddenda, saluis iuribus quibuscunque contra eos etiam pœnalibus.

Fideicommissarij, tutores, & curatores, qui sint datiui; creditores, vel debitores defuncti, vel habentes interesse in hæreditate remouentur à fideicommissaria tutela, & cura, nisi aliter expresse esset ordinatum à magistratu, qui eos constituisset.

De salario aduocatorum, procuratorum, & curatorum. Cap. XV.

ADuocati, causidici, & curatores non accipiant, nec accipere possint pro eorum patrocinio, mercede, seu salario nisi pro vt infra: hoc est, aduocati in causis ordinarijs super importantia causę vsque ad libras centum, denarios nouem pro libra: & inde vsque in ducentas, denarios octo pro libra; & ab eis vsque in quingentas denarios sex pro libra; & exinde vsque in libras mille denarios quattuor pro libra; ab inde verò supra denarios tres pro libra; dummodo tamen totum salarium non excedat summam librarum ducentarum, & in causis executiuis habeant dũtaxat medietatẽ dicti salarij, vt supra respectiuè taxati.

Causidici verò, & curatotes in causis ordinarijs importantię librarum viginti quinq; solidum vnum pro libra; ab inde vsq; in quinquaginta denarios sex pro libra; & ab illis vsque in centnm denarios quatuor pro libra; & ab inde supra denarios tres pro libra; dummodo totum salariũ non excedat libras centum: in causis verò executiuis non possint habere nisi medietatem salarij, vt supra respectiuè taxati.

Declarato quòd pro causis, in quibus succubuerint, siue vbi absque sentẽtia instantia perijsset, non possint petere, nec habere nisi dimidiam partem eius, quod ipsis ut supra iuxta taxationem superius factam respectiue obueniret.

Item Declarato, quòd in dictis salarijs respectiuè sint cõprehensæ scripturę, allegationes, & alia, ita ut ultra dictum salarium nihil petere possint.

Et quia quandoque taxantur scripturæ, & allegationes, & non salarium, & adesse potest differentia inter quantitatem debitam iuxta taxationẽ

salarij,

Salarium ad hoc ut debeatur, debet constare in processu de patrocinio advocati et instantia procuratoris, nec est locus aliæ probationi extrinsecæ. Baldau. observat. 86. n.° 22.

Salarium non debetur advocato propriam causam [illegible] Baldau. n.° 23. ubi supra. Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 63. n.° 68. cum pluribus seqq. ubi innumeros allegat concordantes [illegible]

In taxando salario advocati et procuratoris non inspicitur actorum reproductio vel executionis consummatio, sed originalis petitio, itaut licet plures dici possunt petitiones, unicum tamen est iudicium et unicum debetur salarium. Peguzan. [illegible] 655. n.° 1 et seqq. [illegible]. In taxando salario non attenditur locus contractus. Peguzan. ibid. n.° 33.

Salarium debetur pro eo quod principaliter petitur, controvertitur et in dubium venit, non autem super summa in iudicio deducta. Scriban. controv. 63. n.° 24. et seqq.

Procuratori qui sustinuit vices etiam advocati debetur duplex salarium. Vid. Barra. observat. 98. cent. 3. Isabell. decis. 41. n.° 13.

Salarium solvi debet ab illa parte quæ petit ad causæ expeditionem deveniri. Ab. Ecclesia observat. 10. n.° 16. Master. de [illegible]. et [illegible] lib. 1. cap. 15. § 1.° n.° 15. Ligant. ad Stat. Ferrar. lib. 4. rubr. 83. n.° 21.

Salarium debetur procuratori licet non sit collegiatus, et ab Ill.mis [illegible] cum petitum [illegible] non licuisse [illegible] taxare salarium R. Joanni Stephano [illegible] procuratori non collegiato M. Dom.ci Serra contra D. Marchionem [illegible] fuit propositio reprobata anno 1701. die 10. Junij.

Contrarium Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 3. de expens. damnis et interesse art. 5. gloss. n.° 23. 178. Zacchia de Salariis [illegible]

Distinguit Scacc. de sentent. gloss. 15. n.° 16. quem vid. scilicet quod si [illegible] de dena expensas et mercator advocatus [illegible] causa propria salarium [illegible] si [illegible] advocatus doctor quia mercator [illegible] in advocato [illegible] et sic [illegible] salarium [illegible].

Istud statutum de privileg. pov. non censetur derogare … unica C. quando … mygrat. inter pupill. et vid. eo quia loquitur tempore … Vid. Amer. Var. p. 2. cap. 2. nº 14. Carleval. de Judic. disp. …

Limita hoc statutum in casu, quo agatur de reddenda ratione pupillo vel minori. Vid. Scopp. ad Gratian. observat. 140. nº 6.

Pro contractibus, non licet argui a contractibus ad quasi contractus. Gras. decis. 63. in fin. Contrarium videtur affirmare Senon. ad Stat. … cap. 150. nº 13. 19. qui dicit non procedere in stat.º …

Filius Civis, et habitatione succedens Patri non Civi an convenire, et conveniri debeat in Civitate Genue pro contractib. Patris. affirmat Mag. Trismegist. ratioc. 64. nº 1. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 5. disput. 2. q. 5. ita decidit Rot. Genue in causa mota per D. Jo. Andream et Jo. Dom.cum de … contra Bolderum de Cella deputat. … p. D. Aug.ni De Fela in actis Notarij D. Thome Reperti. Decidit Magn.s … anno 1589. 19. Aprilis pro Dom.co Ant.º … in Hospitaletto. Item decidit Magn.s die 6. … de … ex consilio Bartholomei Vassalli Consultoris assumpti inter D. Xpoforum Parrinum de … et Petri … de Monterubeo, eius heredes.

Heres an debeat conveniri in pro defuncti ad tra… tex. in l. heres absens ff. de Judic. vid. … doctrinam Franc. a Ponte cons. 16. nº 9. lib. 1. ubi habetur, quod d.a l. loquitur de conveniendo herede respectu loci non autem respectu persone Judicis … Covar. pract. q. … 3. vers. … 3.a conclusio sequitur Marta de Jurisdict. p. 4. Centur. 1. cas. 30. nº 20. Vid. Barbos. in d.a l. heres absens nº 145 cum segg.

Per habitationem, an comprehendantur qui inserviunt Genue alicui Civis, Bart. cons. 22. nº 2. aff.e

Ex dictio Per, … causative. Barbos. … dict. nº … Nec habitatio nec est causa civilitatis ergo hoc Stat.um loquitur cum de civilitate et hab.em … simul … 55.

Forensis, qui dicatur Soccin. Jun. cons. 33. vol. 1.

Cuius intelligentia similis Stat. vid. Rot. decis. 134. nº 9. 10. p. 4. tom. 12. Rec. ubi pro forensibus non haberi filios … habitantis in loco quoad eius hereditatem et necessario probandam esse dispositionem Statuti forensis.

Si per civem, videtur faciendam esse hanc declarationem a Cive re integra et non post structum processum, ut in simili Rot. decis. 42. nº 13. et segg. p. 12. Rec.

Anno 1581 … Januarij disputabatur inter D. Aug.um V.am … Savottum … et D. Matheo De Savona Lectore, utrum hoc Statutum comprehenderet Cives ex Domicilio, vel solum ex habitatione, et ex parte Savotti dicebatur loqui solum de … habitationem, et adducebatur diff.a inter domicilium et habitationem. et ex parte D. Mattheorum … quod Statutum loquitur generaliter, ut patet ex dictione quicumque, et etiam considerabatur illa … quicumque civilitatem acquisiverit et in civitate habitaverit, que videtur denotare duo diversa … dictionem et, cuius natura est cadere inter diversa. Ulterius quia hoc Statuto … non solum Cives … habitationem, sed etiam … domicilium, quando … vult convenire aliquem de domicilio, ita etiam e contra … habitationem sed etiam domicilium quia … habitationem … conveniatur, addebatur quod illa verba quicumque civilitatem stant … genere … vero et in civitate habitaverit pro specie attenta dict. … l. … Barbos. dict. … et quod … per habitationem non … additum … de qua civilitate loquatur Statutum, sed ad corrigendum … quod loquitur … ad civilitatem et habitationem.

Nota quod habitatio differt a domicilio ut ex … Menoch. consult. 60. nº … Carleval. de Judic. … 2. nº 12. Andrea. controv. … Alimar. de … Statut. … q.

Nihilominus fuit per D. … Savina cause commissarium iudicatum die 4. Julij d. anno 1581 pro D. Savotto in actis … Not.i, que tamen sententia fuit in gradu appellationis revocata per M. Jo. Andream Carrocium, ut ex eius … inserta inter divers. volum.a M. Joannis Ferratij tom. 1.

Appell.o … si quis non comprehenditur universitat. … in stat. … et delegat.

ſalarij, & iuxta taxationem ſcripturarum, & allegationum, electio ſpectet illi, qui ſoluere debet expenſas, niſi altera pars intra dies decem à petitione, executione, ſeu requiſitione depoſita declarauerit in actis cauſæ, quid uelit exigere pro expenſis in caſu uictoriæ, an ſalarium ut ſupra taxatum, an uerò mercedem ſcripturarum, & allegationum; quo caſu poſſit petere id quod ut ſupra elegerit.

De priuilegio fori ciuium acquirendo. Cap. XVI.

QVicunque ciuilitatem acquiſiuerit, & in ciuitate habitauerit, poſſit conuenire in dicta ciuitate quoſcunque habitantes, & exiſtentes in dominio pro contractibus, & obligationibus factis, & ſecutis poſt acquiſitam ciuilitatem, pro alijs uerò factis, ſeu cauſatis ante acquiſitã ciuilitatem, non poſſit priuilegio ciuilitatis uti, ſed teneatur adire eum iudicem, quem adire teneretur, ſi ciuilitatem non acquiſiuiſſet; & ſimiliter de contractibus, & obligationibus poſt dictam ciuilitatem factis, debeat conueniri in ciuitate; pro alijs uerò cauſatis ante, poſſit conueniri, uel in ciuitate, uel in eo foro, in quo poſſet conueniri ſi ciuilitatem non acquiſiuiſſet, in electione uolentis agere.

Per habitationem quo ad prædicta, intelligatur acquiſita ciuilitas poſt triennium.

Acquirentes ciuilitatem per habitationem, & non habitantes, dum non habitant, non gaudeant ciuilitate, quo ad forum ut ſupra.

De contractibus inter ciues, & extraneos, & de iure ſuper eis reddendo. Cap. XVII.

SI quis extraneus contraxerit cum ciue, uel aliquo de dominio, magiſtratus, coràm quo poſtulabitur, ius reddat de dictis contractibus, etiã ſi eſſet extraneus, uel forenſis ille, qui cõuenitur, ſed ſi ciuis conuentus fuerit coràm aliquo magiſtratu dominij, teneatur magiſtratus ciuẽ tranſmittere ad magiſtratus Genuæ, ſi per ciuem hoc requiſitum fuerit, & magiſtratus contra omnes, & ſingulos extraneos uenientes in dominium, ius reddãt ciuibus, & illis de dominio, non obſtãte quòd actor ſequi debeat forum rei, ſine præiudicio conuẽtionum, & conceſſionum Reipublicę, erga illos, qui conuentiones obſeruant: inter extraneum uerò, & extraneum magiſtratus iuſdicat, ſi cõtractus in dominio celebratus fuerit, uel ſi in contractu conuentum quòd ſolutio fiat uel promiſſio compleatur in dominio, uel ſi aliquis ipſorum habitauerit in dominio, ſeu domum, uel officinam ibi conduxerit, uel quando ex forma contractus partes ſe ſuppoſuiſſent magiſtratibus ciuitatis, ſeu dominij.

Magiſtratus teneantur in electione, & ad requiſitionem ciuis, & cuiuſcunque de dominio, obſeruare ſuper, & circa ciues, & illos de dominio Reipublicę debitores extraneorum, & circa teſtimonium reddendum, uel recipiendum conſuetudines, conſtitutiones, uſus, & modum procedendi,

dendi, qui obseruatur in ciuitatibus, & locis extraneorum erga ciues, & illos de dominio, si tamen de dictis constitutionibus, usibus, & consuetudinibus denuntiatum fuerit, & constabit.

Forensis pro credito aduersus Genuensem, tacens per decem annos continuos post tempus aduentum solutionis, & tempore non expresso post factum contractum, & qui nullam requisitionem in iure fecerit contra talem suum debitorem, non posit personaliter impedire, nec forestare debitorem, sed habeat solum iura salua aduersus bona talia qualia sibi competunt.

De priuilegio doctorum, medicorum, & notariorum. Cap. XVIII.

Soli iurisperiti de collegio Genuæ, & non alij posint coràm magistratibus ciuitatis consulere, & aduocare, & consilium, & patrocinium suum præstare, salua facultate causidicorum, & aliorum, quibus per regulas, & statuta aliter concessum esset.

Doctorandi de domino tàm in iure, quàm in medicina teneantur insignia capere, & doctorari in ciuitate Genuæ, sub pœna scutorum quingentorum pro quolibet; & expensa eorum, qui doctorantur in iure, non possit excedere libras octuaginta.

Iurisperitorum, & medicorum Genuę habitantiū causæ, tàm actiuè quàm pasiuè cognoscantur, definiantur, & terminentur per supremos seu ordinarios syndicatores, qui sint, & intelligantur esse in eis iudices competentes; & nullus alius magistratus posit in ipsis se intromittere.

Aliorumue iurisperitorum, & medicorum non habitantium in ciuitate electio sit adeundi siue magistratum ordinarium loci siue præstantissimos supremos, aut ordinarios syndicatores, siue aduocari faciēdi, dummodo id declarent in prima scriptura.

Idem etiam intelligatur de causis uxorum ipsorum doctorum, & medicorum durante matrimonio.

Notariorum de collegio Genuæ acta curialia exercentium causæ omnes, & aliorum notariorum de collegio causæ dependentes ab officio notariatus, cognoscantur etiam, & definiantur per supremos, siue syndicatores ordinarios ut supra.

Medici, & doctores teneantur pro doctoratu soluere patribus communis aureū iuxta solitū, alias remaneāt priuati collegio, & alijs priuilegijs.

Medici teneantur in consultationibus super ęgrotis uocare magis attinētes, seu illos, qui habent curam de ægrotis, sub pœna librarum uiginti quinque pro qualibet uice, nec non & curare, & consultare cum alijs medicis quos uoluerit infirmus, seu propinqui, dummodo sint Christiani, etiam si non essent de collegio, sub pœna scutorum centum pro qualibet uice; & amisionis priuilegiorum.

Non posint participare in apothecis Aromatariorum, nec habere intelligentias, aut conuentiones cum ipsis, neq; ab eis dona capere; neq; Aromatarij posint prędicta facere, sub pœna priuationis à collegio medicorū, & ab arte Aromatarij respectiuè, & pœna priuationis omniū priuilegio-

De anno 1600. die 14 Iunij et die 6. Aprilis et de anno 1633. die 14. 9bris fuit factum decretum non posse a Doctoribus aquiri sine licentia Ser.mi Senatus in statutis Reip.ce

Stante hoc Stat.o in causis Doct. et Medic. non videtur posse intromitti alius Iudex quamvis Sup.mus Afflict. decis. 21.

Privilegij huius superveniente causa an possit forum mutari. Gratian. cap. 211. Sabell. verb. forum n.o 5. Carlevar. de Iudic. Disput. 1. q.e 6. n.o 922.

Decretum

1623. 8. Iulij Ser.ma Colleg.a et 9. Augusti Minus Concil. declaraverunt privilegium personale competere dumtaxat DD.bus de Collegio Genue exercentibus salva facultate Ser.mo Senatui huiusmodi privileg.m concedendi alijs D.bus in actis M. Io: Fran.ci Sabini

Iurisperitorum. Nota quod istud statutum debet intelligi de causis principaliter contra DD. seu medicos motis, non autem ... ut in simili bene probat Gratian. cap. 569. n.o 20.

Doctor cessionarius an utatur privilegium fori. Vid. que tradit Olea de cess. iur. tit.o 1. q.e 4. n.o 56. et seqq. Casiuc. latr. decis. 14... tot.

Per Sup.mos seu ordin.os Sindic. An heres Doctoris pro se quid possit litem ceptam D.re affir.e Balass. decis. 13.

Iter ... heres hoc prosequi litem a defuncto ceptam et cont. ... a defuncto coram eodem Iudice ... decis. ... et seq.

Hoc privilegium non competit DD.bus ijs, qui actu non exercent munus Advocationis, sed solo nomine D.res sunt, Alexand. in 1. Centurio n.o 13. ff. de vulgari et pupill., Noth. Bren. q.o 10. n.o 10, Cacciadus in tract. de debitore suspecto, et fug.o q.e 4.

Cause tam active quam passive nisi sint £.rum 100. vel ab inde infra, q.e he cause cognoscuntur per Consules rationis etiam stante hoc privilegio Cepoll. cons. 28. n.o 16.

An coram huiusmodi Iudice habeat locum reconventio. Vid. Marant. de ordine Iudic. p.e 4. distinct. 6. n.o 19.

Nullus Magistratus. Et per dictam clausulam an censeantur annullata omnia acta que fiunt coram Iudice incompetenti, si sit Doctorem non ... privilegium. Vid. Castiglione de Baron. ... 8. p.e 1. n.o 221. cum n.is anteceden.bus. Vid. Scyla de for. competent. ... n.o 170. Vid. in puncto huius statuti Scacc. de senten. et re iudic. glos. 3. q.e 3. limit. n.o 44.

Hoc privilegium debet exhiberi, alias acta tenent. Vid. Rot. coram Cel. decis. 368. n.o 3. cum seqq. et in recen. p.e 2. decis. 500. n.o 1. et 3., presertim quia non sufficit privilegium in genere quod est hoc Statutarium clausum in corpore iuris, sed requiritur privilegium in specie, nempe talem N.N. esse Doctorem laureatum in ... Civitate ... et solvisse aureum ... Coll. ... medici, et D.res ... ad quod confert Rot. d.a decis. 500. n.o 1. et 3. p.e 2. recen.

Super hoc Stat° vid. quæ scribit Mandell. cons. 151. et vid. Stochman in tract. inscripto de Jure Belgarum contra evocationes, et peregrina iudicia impressu post decisiones eius.

Hoc Statuto dicendum est fuisse introductum favore publico, licet adiuvit etiam privatam utilitatem respiciat, unde non videtur posse illi renunciare, quandoquidem favori publico non potest privatus renunciare. Vid. Rovar. in aliq. pt. fori p. 30. n° 4. pp tot; Cabit. cum tempore, et ibi Lambert. de arbitris.

Hoc Statuto cadit si quis rem sua deducat in foro, ubi reperit alios de re sua iam litigantes. Sur. decis. 140. p tot. et præcipue sub n° 1. versic. quia Vasallus.

Qui reperit alios in foro extero litigantes de re sua interveniens ibi comparent non incurrit pœnas huius Stat.i nec ubi altera pars nolit suo statuto manere. Vid. Votum Caliziani et Spinulæ inter divers. M. Io. Ferrati vol. 2. fol. 133.

Huic privilegio utrum possit renunciari. Vid. De Franch. decis. 133. et ibi de Luc. in observ. n° 4. ubi concludit negative.

Non habet locum ubi agitur de re feudali. Vid. alleg.en Petri Fran.ci Ferre manuscripta penes M. Io. Ferratium lib. 1.

Nec habet locum ubi quis exceptionem declarationem ex hoc Stat° sibi competentem non opponit. Vid. Votum MM. Caliziani, et Spinulæ inter divers. M. Io. Ferrati vol. 2. fol. 133. versic. item non prohibet cum versic. seqq.

Cadat ipso iure [illegible] nisi pœnis quando non sit locus. Vid. Votum duorum M.C. in vol. 3. consil. manuscript. fol. 93. penes M. Io. Ferratium.

uilegiorum,& librarum centum pro qualibet vice.

In reliquis remaneant salua cetera priuilegia omnibus prædictis concessa per statuta,& ordinamenta Reipublicæ.

Medici,qui posthac venerint ad habitandum in ciuitate pro exercenda arte medica,& non fuerint de collegio non admittantur nisi præsentato diplomate doctoratus senatui.

De non vocando in ius ad alienas curias, & priuilegiorum obseruantia. Cap. XIX.

Ad hoc statutum vid. Gratian. discept. 389. n° 34 et 35, et seq. Barbat. in l. 1. glos. 9. n° 3. ad Pragmat. de absentia. Ther. in compend. decis. lib. [illegible] fol. [illegible]

QVi per viam petitionis,appellationis,reclamationis,supplicationis, aut alterius cuiusuis generis,quęrele,aut etiam per viam principalem seu secundariò directè,vel indirectè,aut alio quouis modo, etiam ex officio iudicis,siue per se,siue per alium,& iura voluntarie cedendo, aut alio quouis modo vocauerit aliquem de dominio in ius,seu traxerit,seu trahere,aut trahi tentauerit extra ciuitatem, aut dominium ad magistratum aliquem præter concessum à statutis, aut contra priuilegia Reipublicæ,cadat ipso iure,& facto ab omni iure, & actione , & eis remaneat priuatus, vltra pœnas de quibus infra:& si attentatio esset per appellationem,seu reclamationem à sententia, tunc ipsa sententia transitum faciat in iudicatum ad eius præiudicium, & fiat eius executio,nec super appellatione seu reclamatione possit audiri à magistratibus sub pœna syndicamenti, & soluendi de proprio.

Omnia,& singula acta,rescripta,decreta,& alia quæcunq; propterea impetrata,seu tentata,sint nulla, & viribus careant,& magistratus de eis nullam considerationem habeant, sed pro non factis reputent sub pœna librarum quingentarum qualibet vice,& pœna syndicamenti.

Contrafacientes omnes sint ipso iure,& facto priuati omnibus, & singulis priuilegijs,immunitatibus,& beneficijs Reipublicæ,& cadant in pęnam librarum mille,pro qualibet vice,& vlterius,si admoniti mandato Senatus,eo modo,& forma,quæ Senatui videbitur , non reuocauerint acta quæcunq;,seu attentata contra dispositionem prædictam,sint rebelles,& puniantur per curiam criminalem vti rebelles , & bona eorum sint confiscata cameræ Reipublicæ.

Nullus pŏssit cōmunicare cum aliquo tentante quidquam in pręiudiciū, læsionem,vel diminutionem dictorum priuilegiorum Reipublicę,neq; ei scribere,neq; nuntios mittere, neq; litteras ab eo recipere , neq; ab alio pro eo quicquam verbo audire, neque bona,aut merces recipere, neque administrare,neq; excusationes locorum facere,neq; eum modo aliquo iuuare ope,opera,auxilio,vel cōsilio,neq; in eius agendis se immiscere directe,vel indirectè,sub pœna librarū quingentarū ꝓ qualibet vice,& grauiori tàm pecuniaria,quàm corporali, iudicio Senat⁹.

Nullus audeat quouis prętextu,aut colore directè,vel indirectè, principaliter vel secundario,nomine proprio,vel alieno aliquē trahere,vel vocare in ius,seu molestare,vel inquietare,aut trahi,vocari,molestari,seu

inquietari facere in aliqua curia,extra curias feculares Reipublicæ.

Nullufque propterea poffit aliquid fupplicare,vel commiffiones,delegationes, aut refcripta impetrare ab aliquo quacunque auctoritate, vel dignitate etiam fuprema fungente, neque impetrata præfentare, nec de eis fe valere.

Nec poffit aliquis appellare,feu reclamare à fententijs confulum, & magiftratuum Reipublicæ,etiam exiftētium in alienis iurifdictionibus ad aliquem iudicem,magiftratum,vel principem,nifi fecundum formam regularum,feu inftitutionis dicti magiftratus.

Quæ quidem omnia,& fingula fi fierent,feu fieri attentarentur,fint nulla, & irrita, nulliufque roboris, & momenti, imo non obftantibus prædictis, magiftratus procedant, & iuftitiam faciant fecundum ftatuta, & conftitutiones Reipublicæ,per inde ac fi prædicta fecuta non fuiffent.

Declarato quòd propter hoc non intelligatur prohibitum,quòd nō poffint adiri iudices Ecclefiaftici in caufis matrimonialibus, in caufis hærefis, in caufis periurij de feruando, vel non feruando iuramento, in caufis vfurarum,in caufis perhibendi teftimonij,& in alijs caufis, quæ ex forma ftatutorum, etiam fpectare poffent ad forum Ecclefiafticum.

Qui contrafecerit in aliquo prædictorū,cadat vltra prædicta in pœnā librarum quingentarum pro qualibet vice,& nihilominus citans,feu impetrans,vel appellās,aut reclamans vt fupra, teneatur ad reuocationē fibi imponendam per Senatum vt fupra,quam fi non fecerit intrà tempus,puniatur per curiam criminalem tanquam rebellis, vt fupra.

Et fi quis fuiffet coactus ad inftantiam contrafacientium, vt fupra aliquid foluere,poffit ipfe, feu ille,cuius intereft, capere, feu rehabere in bonis contrafacientium fummam, vt fupra folutam, & tantundem fifcus pro pœna.

Nullus doctor,nullufq; caufidicus patrocinium præftet alicui ex fupradictis contrafacientibus fub pœna priuationis à collegio,& librarū quingentarum pro qualibet vice;& nullus notarius nullufq; executor poffit litteras,aut acta pro prædictis ad fauorem cōtrafacientium facere,fub pœna librarum viginti quinq; ufq; in centum pro qualibet vice.

Nullufq; notarius poffit inftrumenta in forma Cameræ conficere, in quo aliquis Genuenfis fe in forma Cameræ obliget,fub pœna fcutorum viginti quinq; pro qualibet vice, exclufis clericis,feu ecclefiafticis, qui ad fauorē laicorum Genuenfiū poffint in forma Cameræ fe obligare.

Liceat tamen non obftantibus prædictis cuicumque, cui ius competierit fequeftrari,faxiri,feu interdici facere quæcūq; bona,quæ prętenderet effe fui debitoris,feu prętēfi debitoris,pro vt à iure permittitur in quauis mundi parte, & per quemcunq; iudicem etiam extraneum, ita tamen,quòd fi fuerit præftita fideiuffio idonea in præfenti ciuitate, vel dominio refpectiue,refpectu ciuium, feu diftrictualium eo cafu teneatur ille,qui fequeftrum,faximentum, feu interdictum fieri fecerit illud relaxari,& caffari facere fub pœna,& pœnis, de quibus fupra.

Et obtenta executione in dominio, fubinde pro confequenda folutione fuper bonis fequeftratis, poffit quofcunque opportunos actus facere

etiam

Extra Curias seculares §. hoc statuto videtur sublata difficultas, utrum contra Laicum Emphiteotam Ecclesie agi debeat coram Judice Ecclesiastico, vel seculari vid. Thesaur. qq. foren. lib. 1. q. 15. § tot. et presertim in fine et vid. que notantur in Repertor. M. Jo. Ferratij de doct. feud. in verbo Emphiteusis Ecclesie pag. 100.

De servando vel non servando §. Vid. concios. ad Statut. Eugub. lib. 1. Rubr. in n.º 29.

Civibus, et Districtualibus § qui sint Cives, et districtuales vid. Card. de Luc. de regular. disc. 94 n.º 8. et 9.

Existentibus § utrum quis dicatur adesse, ubi habet Procurem. vid. Bald. cons. 163. n.º 3. vol. 3.

Locus contractus quis proprie dicatur in proposito? vid. Bald. cons. 163. n.º 4. vol. 3.

Debent conveniri § sufficit, quod de tempore contractus fuerit extra dominium quamvis postea recederet Gratian. cap. 380. n.º 10. loquitur de statuto Genuae.

Durante tempore ad conficiendum inventarium an et quando possit heres conveniri, vid. Sizzarell, et ibi adden. decis. 36. per tot.

Tempus ad conficiendum inventarium non incipit nisi a die apprehensionis hereditatis iuxta magis commun. de qua Zelat. p. 3800. cons. 100. n.º 15. Cavaler. decis. 310. n.º 6.

Quamvis adeatur simpliciter hereditas, dummodo fiat inventarium intra legitima tempora, tamen prodest. Rot. decis. 293. n.º 10. p.º 10. Recen.

Tercantur § predictis importat formam, Franz. consult. 46. n.º 35. et 36. vol. 1., Ab Eccles. observ. 111. n.º 10. et segg. Rot. decis. 331. n.º 9. p.º 9. Recen.

Contrarium de consuetudine Genuae vide Manzi. de Inventar. in tract. divers. q. 139. n.º 30., facit Rot. post Sodo. consult. 100. in fine.

Restauratio termini ad conficiendum inventarium inauditis Creditoribus, quibus fuit ius quesitum non valet, vid. in puncto Rot. decis. 118. n.º 31. p.º 10. p.º 10. Rec. secus est in prorogatione. eadem Rot. in eadem causa decis. 343. n.º 34. in Barad. de Lescripti. prelud. 3.

Proclama § hoc proclama afficit etiam clericos, quia talis requisitio fit ad eorum commodum. Rol. cons. 19. n.º 10. vol. 2.

Adiungere § Heres qui inchoavit inventarium cum appositione bancae, si intra legitima tempora non adiunxit alia bona (ad eum) pervenientia non gaudet beneficio inventarii Rot. Roman. decis. 214. p.º 10. Rec. n.º 25. et segg. quae allegat Statutum Genuae

Dicta decisio fuit revocata ut in decis. 343. d.ª p.º 10. vid. pro contraria Palm. Iun. allegat. 73. et 74. qui loquitur super hoc Statuto, Cassic. Castro decis. 219. Late Menoch. cons. 431. per tot. Conciol. de Hered. art. 1. n.º 391.

De consuetudine Genuen. adeundi hereditatem cum beneficio, ab eo quod illud fiat, et an huiusmodi aditio prosit si apponatur banca denariorum sex, vid. Rot. Gen. decis. 35. Rub. de consuet. iur. cap. 30. n.º 9.

Addere § Quod heres omittens addere inventario bona quae ad eum pervenerunt non gaudeat beneficio inventarii, tenet Rondon. cons. 34. et 35. vol. 1. Thesaur. q. for. lo. lib. 13. vol. 1. (ubi de veriori attestatur)

etiam in curijs extraneis, quando in illis partibus non adeſſent magiſtratus Reipublicæ.

Quæ ſuperius dicta ſunt non habeant locum in ciuibus, & diſtrictualibus exiſtentibus extra dominium, qui pro negotiationibus, & alijs geſtis ſiue ſecutis extra dominiũ, tàm ratione maleficij, ſeu quaſi, quàm contractus, ſeu quaſi, poſſint conueniri coràm ſuo iudice, ipſis autem exiſtentibus in dominio, non poſſint niſi ſecundum formam ſtatutorum.

De forma inuentarij conficiendi. Cap. XX.

QVi obligati ſunt inuentarium cõficere, quiue frui volunt beneficio inuentarij, teneantur coràm magiſtratu inchoare dictum inuentarium, ponendo ad minus in eo bancam valoris denariorum ſex, vt fieri ſolet, intra dies triginta immediate ſecuturos ab onere, ſeu cura ſuſcepta, vel ab hæreditate apprehenſa, examinatis prius ſaltem duobus teſtibus de morte illius, de cuius bonis conficiendum eſt inuentarium, & citatis omnibus legatarijs, creditoribus, & alijs ſua intereſſe putantibus, per proclama emittendum in locis, in quibus proclamata publica fieri ſolent, & in contracta habitationis illius, de cuius bonis inuentarium conficitur: in qua quidem inuentarij confectione adhiberi, & interuenire debeat ſecundus notarius; & hæc etiam ſi adeſſet teſtamentum, ſeu vltima voluntas, & etiam ſi legatarij, & creditores eſſent certi.

Teneantur etiam inuentarium inchoantes vt ſupra, intra dies ſexaginta immediatè ſecuturos poſt dictam inchoationem adiungere in dicto inuentario omnia, & ſingula bona defuncti, ſeu illius, de cuius bonis inuentaria conficiuntur, quæ ad eorum manus, ſeu ſub eorum cuſtodia fuerint, aut peruenerint; quæ adiunctio dicto inuentario facienda, poſſit fieri coràm notario, & teſtibus, abſq; interuentu magiſtratus.

Inuentaria, ſeu repertoria, quæ fieri ſolent de ſuppellectili, ſeu de bonis mobilibus, fieri debeant per notarium, & in eis exprimi debeat penès quem, ſeu ſub cuius cuſtodia bona ipſa remanent; & perſona illa, penès quem, ſeu ſub cuius cuſtodia remanſerint, debeat ita confiteri legitimè ſub eodem inuentario per actum per dictum notarium faciendũ coràm teſtibus.

Et quia plerumque ſolent in dies peruenire pecuniæ, ſeu bona, quæ dietim reſtringuntur, ſeu exiguntur in eos, qui inuentarium vt ſupra facere debent, aut uolunt, teneantur exinde intra dies ſexaginta ſecuturos immediatè à die exactionis, ſeu à die, in qua bona ad ipſos peruenerũt addere eas, & ea dicto inuentario per actum coràm notario, & teſtibus licet non fiat coràm magiſtratu.

Sic vt ſupra facta iuuentaria habeantur, & ſint facta in forma legitima.

Finis Libri Tertij.

STATVTORVM CIVILIVM REIPVBLICAE GENVENSIS.

Liber Quartus.

De interdictis. Cap. I.

AD instantiam cuiusuis prætēdentis se creditorem alicuius, teneatur quilibet magistratus fieri facere interdictum, seu sequestrum super qualibet summa pecuniarum, seu re existente apud tertium, vt de bonis prætensi debitoris, seu de qua esset debitor, super qua magistratus fuerit requisitus. Non possit tamen fieri interdictum, seu sequestrum de aliqua re existente penes dominum eiusdem.

Debeat insuper quilibet magistratus ad instantiam cuiusuis participis, vel asserentis se creditorem alicuius, qui participaret, interdicere oĩa, & singula vasa nauigabilia, & requirere, ac mandare patribus communis, saluatoribus operis portus, & moduli, & alijs, ad quos spectat, vt incatenent dicta vasa, & taliter impediant, quòd sine ipsius magistratus licentia non valeant recedere.

Non possit tamen fieri interdictum, neque incatenatio vasis, postquam positum fuerit ad colam, causa recedendi, & nauigandi; & intelligatur positum ad colam, quando amouerit agumenas à mole, seu terra, & recesserit e loco, in quo erat quando habebat agumenas ad molem, seu terram.

Declarato quòd postquam fuerit positum ad colam, seu nauigando fuerit in viagio, si dei, aut maris, vel gentium impedimento, non spontanea gubernatorum voluntate redierit ad ponendum agumenas in terram, non possit pro illo viagio vlterius impediri, nec interdici.

Et ille ad cuius instantiam factum fuerit interdictum, seu sequestrum, teneatur intra dies octo immediatè secuturos à die facti sequestri, si in dictis octo diebus erit aliquis dies iuridicus, aliter intra diem primum iuridicum immediatè secuturum deponere petitionem, & proponere actionem suam; & exinde intrà dies decem immediatè numerandos à dicta depositione citari fecisse partem aduersam ad respondendum dictæ petitioni.

Quòd si petitio, & citatio intra tempora respectiuè prædicta, non fuerint secutæ, interdictum, & sequestrum sit nullum, & irritum; & magistratus teneatur relaxari facere pecuniam, & rem saxitam, quæ postea

ea

Forensis an gaudeat hoc Stat.? videtur quod sic ut tradita à Bosh. cons. 183. n.º 1.

Contra vid. Sarga ponderat Marit. cap. 28. fol. 334. et eundem in praxi, qui dicit forensem debere sequestrari facere ad formam iuris; et addit quatuor requiri de iure, videlicet probatio saltem summaria crediti, et iuramentum calumnie, idest quod sequestrum fiat pro assecuratione proprij crediti et non per calumniam. 3.º quod detur fumus timoris occultationis bonorum. 4.º quod citetur sequestratarius coram Iudice pro confirmatione sequestri.
Que concurrere debeant sequestrandi de iure? vid. Donat. Anton. de Marin. ad Reverter. decis. 42. n.º 5.
An sustineatur sequestrum pecunie in manibus Laici, ne solvat Clerico, emanatum à Iudice seculari vid. Ciarlin. controv. 44. n.º 9. et seqq., et latius controv. 131. n.º 1. et seqq., Mel. ad Castill. de aliment. cap. 13. n.º 3., ubi latia ad materiam sequestri.

Bona, seu nomina aut Credita Clerici debitoris existentia in manu laici an sequestrari possint per Iudicem secularem. Vid. pro utraque opinione allegatos per Romaguer. in addit. ad Cavriol. super Stat. Regul. Rubr. 42. n.º 31. lit. A.

Si sequestrum sit pro securitate Iudicij, cadit sub hoc Stat.º, secus vero, si in executionem iudicati. Vid. Mel. ad Castill. de alim. d.º cap. 13. n.º 11.

Nota, quod ubi sequestrantur à Creditore bona debitoris, isti debentur alimenta, et sumptus litis, Mel. ad Castill. de aliment. cap. 1. n.º 2. et seqq. et cap. 13. n.º 14.

Qui curavit sequestrum, potest petere, ut sequestratarius iuret ut de stylo. Ciriac. controv. 116. n.º 4.

Tertium. Hic tertius tenetur ad instantiam sequestrantis propalare, aut negare medio iuram.to bona sequestrata. Borgnin. Caval. p. 1. decis. 3. n.º 1, et post eum firmat ab Eccles. observ. for. 332. n.º 15., et habetur in §. fin. hoc tit.º

Actio quomodo dicatur per: Intra dies octo si petitio fuerit proposita à Pr.ore non habente mandatum, non potest ii dies eiusdem fieri ratificatio. Vid. Sext. iuxta ... Bald. in cons. 213. n.º 4. lib. 2. in terminis huius Stat.
glos. in verbo ut prosit de ... de edendo.

Petitionem Fructuum porrecta ante solentum sequestrum provenit ne sequestrum sit nullum Chart. decis. 35. n.º 3. et seqq.

Sed contrarium dixit Rota in alia causa, ut ex decis. manuscripta.

Partem adversam. Non sufficit citare 3.ium penes quem res fuit sequestrata, vel eius fideiussor, sed citari debet ipsemet debitor Chartar. decis. 39. Ansald. de commerc. disc. 55. n.º 26, ubi quod fideiussor non venit appellatione Partis.

Sapirant de saxina vid. Guidopap. singul. 651. et 865.

Quod isti menses sex sint utiles Armenzan. decis. 55. qui reprobat a Decis.e Genue impressa sub allegat.e ~~[illegible]~~ 685. apud Palm. lib. 17. ubi fuit (n. 54. et 55.) etiam decisum non afficere fideiussores sequestri prorogationes dictorum mensium sex obtentas absq. eorum citatione, sed solum citatione eorum principalis Die 11. Julij 1641., Rot. Jannen. post Mans. consult. 685 n.o 54. Vid. Andreol. controv. 115 n.o 24.

Hic simul debet prorogari citata parte, alioquin nulliter agit, et ita Genue practicatur. ~~Vid. Palm.~~ Vid. Palm. alleg. 155. 156. et 153.

Nec currit in ferijs ~~[illegible]~~ Armenzan. decis. 54. per tot.

Pro contraria vid. Palm. alleg. 156. n.o 36., Mans. consult. 685. n.o 33. usque ad finem ubi reprobat Armenzan.

Utrum prorogationem obtentam non citato fideiussore, prorogetur obligatio fideiussoris, et eum afficiat. Vid. Mans. consult. 685. per tot. ubi habetur decisio Rote Genue, et Palm. alleg. 155. cum segg.

Cautionem, an fideiussor possit conveniri ab alio creditore quam à sequestrante. Vid. Mastrill. decis. 120. Salgad. Labyrint. p. 4. cap. 6. n.o 36., Mans. cons. 120., Palm. alleg. 303. n.o 49.

De presentando, An fideiussor sive obliget occasione sequestri de stando iuri, et iudicatum solvendo, teneatur, acsi se obligasset de representando rem sequestratam. Vid. Mans. cons. 219. n.o 9. et segg., Palm. alleg. 301. et 303.

Huiusmodi fideiussor potest opponere nullitatem sequestri. Vid. ~~Mastrill.~~ Marsil. de fideiuss. n.o 136.

De modo procedendi in casu prestite huiusmodi fideiussionis. Vid. Scacc. de appel. q. 13. limit. 6. memb. 4. sub n.o 113. ubi dat monitionem.

Salvo iure, Hec prorogatio fieri debet citatis fideiussoribus, alias eis non obest ita Rota nra anno 1681. 11. Junij in causa M. Nicolai Doria sive M. Marci Antonij Doria et sociorum fideiussorum d. M. Nicolai Doria cum MM. Possatatis pro hereditate q. M. Io: Stephani Doria in actis D. Io: Hieron.mi Ahmonti, que causa fuit cepta de anno 1681. sive 1680. Vid. Mans. consult. 683. n.o 6. et per tot. ubi habetur dicta decisio licet ipse Mans. contrarium senserit.

ea occasione amplius interdici non possit: si verò secuta fuerit petitio & citatio vt supra, interdictum firmum remaneat per menses sex immediatè à die eiusdem sequestri facti, & vsq; ad sententiam definitiuam, eiusq; plenariam executionem inclusiuè, si dicta sententia lata fuerit ad fauorem sequestrantis intra dictos menses sex, non obstante appellatione ab ea forsan interposita. Declarato quòd in dictis mensibus sex, non computetur tempus dilationis deforis datæ.

Declarato etiam quòd petitio vt supra deponenda, seu actio proponenda non possit finitis octo diebus prædictis variari, nec mutari quo ad impediendum relaxationem sequestri.

Et si legitimè apparuerit pecuniam, seu rem saxitam, vas, aut participationem vasis interdicti esse alterius, quàm illius, de cuius pecunijs, seu rebus, aut participatione factum fuerit interdictum, debeat per magistratum relaxari.

Si verò ille, cuius bona, aut pecuniæ, seu vas, aut participatio sequestratæ fuerint, seu respectu cuius fuerit factum interdictum, aut ille cuius interesse visum fuerit ex iusta causa in actis magistratus, à quo interdictum factum fuerit, promiserit, & idoneam cautionem præstiterit de repræsentando pecuniam, aut rem saxitam, seu eius æstimationem ad omne mandatum magistratus, habeatur interdictum, quoad ipsum relaxandum duntaxat, perinde ac si à principio factum non fuisset.

Si post fideiussionem præstitam apparuerit pecunias, aut rem saxitam, seu participationem vasis interdicti, esse alterius quàm illius, de cuius bonis interdictum, seu sequestrum fuisset factum, debeat etiam relaxari quælibet promissio, & fideiussio.

Quotiescũq; interdictum, vel sequestrũ fuerit relaxatum, vel pecunia seu res saxita, aut eius æstimatio fuerit de mandato magistratus restituta, ille, penès quem fuerit factum interdictum, non possit amplius aliquo modo molestari occasione dictæ pecuniæ, aut rei saxitę, vel vasis interdicti; teneatur tamen ad illius deteriorationem seu damnum, si quod secutum fuisset, aut sequeretur culpa, dolo, seu magna negligentia sua.

Sed teneatur ille, penes quem fuisset factum interdictum repræsentare mandato magistratus rem saxitam, vel æstimationem ei, qui sententiã obtinuerit summariè, & executiuè, & sine pignore bandi, ita etiã quòd per appellationem non possit retardari executio, præstitã tamen fideiussione, vt supra.

Fideiussiones, & obligationes factæ occasione interdictorum durent per illud tempus, per quod duraret interdictum; & eo finito intelligantur, & sint cassæ, nulliusque roboris, saluo iure prorogandi dictum tempus, etiam respectu fideiussorum, illis, ad quos spectat: quæ prorogatio habeatur perinde ac si adhuc duraret sequestrum.

Et vbi semel factum fuerit interdictum, & illud fuerit reuocatum, seu remanserit nullum, non possit amplius ad instantiam eiusdem personæ, penes eundem fieri interdictum de eadem re.

Lata sententia in huiusmodi causis, exequi debeat, non obstante appellatione, si aliqua interponeretur; nam appellatio executionẽ non retar-

dat, præstita tamen fideiussione idonea per eum, qui sententiam pro se obtinuerit, & eã exequi noluerit ad formã statuti de causis executiuis.

Declarato tamen quòd ille, qui sententiam liquidationis, seu adiudicationis, vt supra obtinuerit, non habeat plus iuris aduersus illum, cui factum fuisset sequestrum, seu cuius nomen fuisset adiudicatum, quàm habebat principalis creditor.

Vbi verò sententia lata foret contra eum, qui interdici fecisset, & quisquã ab ea appellasset, duret sequestrum, donec aliqua sententia transiuerit in iudicatum, vel adsint duæ sententiæ pro altera partium; eo tamen casu appellans teneatur idonee fideiubere de damnis, expensis, & interesse in casu succumbentiæ.

Ille autem ad cuius instantiam factum fuerit sequestrum, si non obtinuerit in totum, seu in parte, teneatur ad omnia damna interesse, & impensas illi, cuius pecunias, aut bona sequestrari, seu vas impediri fecerit.

Vid. Gratian. contro. ... et 110 ...

Quilibet, penes quem, seu cui factum fuerit interdictum, seu sequestrum, teneatur ad instantiam dicti sequestrantis, & mandato magistratus manifestare cum iuramento quid, & quantum penes se habeat de bonis sequestratis, & de quo, & quanto sit debitor illius, cuius bona fuerint sequestrata.

De æstimis, & dationibus in solutum. Cap. 11.

De æstimi dividuitate ... decidit Rota Genuæ anno 1596. 1513. et 1518

PRæcepta, seu mandata iudicum quorumuis, dirigenda æstimatoribus, debeãt registrari in actis illius magistratus, seu iudicis, à quo fuerint concessa, & præsentari coràm æstimatoribus, in actis eorum notarij, sine quibus mandatis æstimatores nihil facere possint.

Ad materiam æstimatorum: Vid. Gratian. contro. 159.

Præsentato mandato pro consequenda solutione alicuius summæ, teneãtur æstimatores ad instantiam creditoris in mandato nominati, seu legitimæ personæ pro eo, vel habentis ab eo causam, statim citari facere per præceptum, parte ipsorum æstimatorum, & in actis eorum notarij debitorem, contra quem, seu cuius bona, mandatum fuit concessum, seu contra legitimam personam pro eo, ad videndum fieri æstimum pro singulis diebus, & horis; quod præceptum detur personaliter, si citandus reperiri poterit: si verò esset absens, vel non reperiretur dimittatur in domo habitationis eiusdem citandi vxori, & filijs si habuerit: aliàs duobus ex proximioribus propinquis, & eis non exstãtibus duobus ex proximioribus vicinis.

Ex pluribus ... in quibus vel minima parte — Gratian. contro. 550. n. 6.

Si aliqua æstimatio erit facienda in bonis, in quibus aliquis alius sit particeps vltra debitorem, seu illum, in cuius bonis est facienda, debeat etiam citari ille particeps in omnibus vt supra, & citatio possit, & debeat exequi modo superius narrato.

In locis dominij in quibus huiusmodi citationes fieri solent oretenus, possint etiam eodem modo oretenus fieri, sed relationes nuntiorũ scribi, seu redigi debeant in actis.

Si citatus petierit in actis se citari pro certa die, & hora cum declaratione bonorum, in quibus æstimum erit consequendum, citari debeat pro

dicta

In estimatione facienda p. peritos an requiratur citatio partium. Vid. Cyriac. controv. 260. à n.º 26.

Datio in solutum iudicialis quando presumatur. Vid. Rot. decis. 11. à n.º 11. p.º 16. rec.

Mandato, An mandatum concessum cedenti possit exequi ad instantiam cessionarij contra debitorem cessum sine precedenti citatione ipsius debitoris. Negativè fuit decisum p. Sup.mos anno 1642. 19. Maij ut in manuali d'anni.

Presentato, estimatio dicitur indebitè facta, quando lex aut statutum ponit necessitatem aliquid faciendi. Armenian. decis. 128. n.º 4.

Contrarium. quod actus valet etiamsi modus servatus non sit, quando statutum actum non annecellat, tenet Belmont. decis. 180. n.º 1.

Teneantur, hec clausula inducit formam etiamsi statutum ulterius non progrederetur ad annullationem actus, prout etiam quando prohibet. Ab Eccles. observ. for. 111. n.º 10. et 11. Mastard. de gener. stat. inter. conclus. 9. n.º 8. et 55. Rot. decis. 331. n.º 9. p.º 9. rec.

Estimatores, estimatores isti possunt tamquam suspecti recusari. Vid. Cyriac. controv. 222. n.º 96.

Ad videndum, idem de iure com., alias estimatio est nulla. Ab Eccles. observ. for. 141. n.º 16. et 17.

In domo habitationis, et si plures habeat habitationes, debet exequi in illa, in qua citandus frequentius habitat. Bart. et Bald. in l. quod si dubitet ff. de aquiren. heredit. Afflict. decis. 384.

Qualitas habitationis dicitur probata ex fide facta p. nuncium. Grahan. cap. 693. n.º 14.

Debeat, hec clausula dat formam. Ab Eccles. observ. 111. à n.º 10. et 11. Rot. decis. 331. n.º 9. p.º 9. rec.

Exemplum

Anno 1600 Ill.mi supremi dixerunt de cons.º Petri M.a de Ferrarijs non posse dici de excessu et nullitate in causis estimorum et divisionum.

Exemplum

Estimatores non veniunt ut iudices quia sunt meri relatores, sic decisum p. Ill.mos Sup.mos anno 1619. de cons.º M. Stephani Catanie.

Exemplum

In causis estimorum non potest dici de nullitate et excessu, sic Sup.mi anno 1600 de cons.º Petri M.a de Ferrarijs.

Estimatores. Periti an debeant estimare, quanti vendi potest domus? Vid. Bich. decis. 609. n.° 12. ubi etiam, quid valeat prolatu ex relatione peritorum.

Estimatio quomodo fieri debeat? Vid. Marin. ad Reverter. decis. 453. n.° 1. ubi n.° 11. dicit ex aliis, quod valor rei non probatus in subhastatione, quod nota, et vide etiam Foith. de subhast. in spect. 49.

Mensurare, an via vicinalis veniat in mensura? Vid. Surd. decis. 41. per tot.

Non facta mensuratione estimum est nullum. ita Sup.mi anno 1698. 10. Maij, qui declaraverunt non licuisse estimatoribus facere estimum sine mensuratione ut in manuale, et hoc ad instantiam M.ci Ant.i Armerighe.

Cum estimatores ... forma suprascripta ... vol. 1. pag. 3.

Aliquis error. Si creditor consequatur estimum pro maiori summa veri crediti datur debitori restitutio pro toto l. non sortem §. si centum ff. de condict. indebit. ibique Bart. Castren. cons. 165. n.° 2. vol. 2. Dec. l. cum amplius in princip. ff. de reg. iur.

Limitatur si facta sit immissio in possess.em rei Creditori iam hypothecatae et creditor venit in ea tueri et defendi ob vim suae hypothecae. Menoch. de retinend. poss. 4. remed. 1. n.° 34.

Infra quantum temporis debeat conqueri, qui se gravatum dicit in mensura, estimatione vel estimo. Vid. Bald. cons. 305. vol. 3. Bich. decis. 111. n.° 6. et seqq. Gratian. controv. 558.

Si adsit laesio, quae sufficit in 6.a p.te pretij, rescinditur. vid. Bich. decis. 609. n.° 3. et seqq.

dicta certa die, & hora, cum dicta expressione, seu declaratione bonorum, & executio citationis fiat, vt supra.

Si ante mandatum præsentatum, vel post, sed ante æstimum consecutum comparuerit aliquis in actis ęstimatorum, qui pro suo interesse se citari requirat in aliquo æstimo, seu actu per ęstimatores faciendo, æstimatores possint eum citari facere, si ita ipsis videbitur consideratis circunstantijs.

Æstimatores si obseruatis huiusmodi diligentijs fuerint requisiti, seu instati ad faciendum æstimum ab eo, qui mandatum obtinuit seu legitima persona pro eo, teneantur intra triduum accedere ad faciendum dictum æstimum: possint tamen quandocumque illud facere, obseruatis prædictis intra tempus debitum à concessione, siue confirmatione mandati.

Si mādata fuerint concessa pro faciendis diuisionibus bonorum, idem in omnibus obseruetur.

Cum ęstimatores ęstimum, seu diuisionem facere debebunt, teneantur accedere personaliter ad locum, seu bona æstimanda, seu diuidenda, & quęrere, videre, & considerare exitus, pertinentias, qualitates, & circunstantias terrarum, & bonorum immobilium, & ea mensurare, & mensuras in æstimis, & diuisionibus apponere, exclusis terris siluestribus, quę commodè mensurare non possunt, ad quas mensurandas non teneantur, si hoc de partium voluntate processerit, vel super eo ipsi æstimatores informationem habuerint, quæ competens eis videatur.

Teneantur pariter æstimatores apponere pretium cuilibet terrę seu rei immobili, quam ęstimauerint, de per se; & similiter ponere debitos terminos, seu signa, quæ terras æstimatas, seu diuisas demonstrent, & diuidant, & omnia in vno itinere, seu viagio bona fide facere: quod si non fecerint, compellantur ad ea loca accedere pro negotio perficiendo ipsorum impensis.

Si in ęstimatione, seu appositione pretij, rebus ęstimatis, vel diuisis, seu in diuisione secutus fuerit aliquis error iudicio ipsorum æstimatorum, possint ipsimet æstimatores errorem seu æstimationem, vel diuisionem corrigere intra dies viginti à die facti æstimi, seu diuisionis numerandos, etiam de per se, nemine instante, & etiam si interim secuta fuisset redemptio, vel alienatio æstimi, seu bonorum diuisorum.

Si forma suprascripta in æstimis, & diuisionibus obseruata non fuerit, dicta æstima, & diuisiones intelligantur, & sint nullæ, & æstimatores intelligantur cecidisse in pœnam librarum decem pro quolibet eorum, & qualibet vice.

Sed facta, & factæ secundum formam suprascriptam validæ sint, & firmæ haberi debeant, ac per magistratum laudari, & à partibus, inter quas processerint obseruari, salua semper dispositione statuti de eleuatione canellę.

Et saluis pręmissis ęstimatores pro ęstimis, vel diuisionibus iuxta formam pręsentis capituli faciendis, nō possint, nec valeāt inquietari, vel molestari modo aliquo, nisi dolosè, vel malitiosè in aliquib. sese habuissent.

Aestimationes,& diuisiones prędictæ fieri debeant in ciuitate Genuæ, & Suburbijs per ęstimatores Genuæ,& in tribus potestatijs Bisamnis,Porciferæ,& Vulturi per eosdem æstimatores Genuæ,si æstimatio,vel diuisio facienda erit contra ciuem Genuæ,vel etiam contra alios de maiori summa librarum septuaginta quinque: si verò non erit facienda contra ciuem, vel etiam contra alium non excesserit in sorte simpli libras septuaginta quinque, fieri possit tàm per æstimatores Genuæ, quàm per æstimatores locorum in iurisdictione, seu territorio quorum erunt sita bona æstimanda,seu diuidenda.

Et in reliquo vniuerso dominio fiant etiam per æstimatores locorum,seu iurisdictionis,in quibus posita fuerint bona,vt supra,saluo quòd si æstimatio,vel diuisio facienda esset ad instantiam ciuis Genuæ,possint etiã eam facere æstimatores ciuitatis Genuæ expensis pro supra pluri dicti ciuis.

Scriba, seu notarius æstimatorum ad id electus in locis, vbi huiusmodi scribæ deputantur,& scribæ,seu notarij magistratuum, vbi certus notarius ad acta æstimatorum non est deputatus; teneantur sub pœna librarum decem accedere personaliter per se, vel stante impedimento, per notarium substitutum ad loca, & bona, in quibus faciendæ erunt æstimationes,& diuisiones in societate æstimatorum,& scribere bene, & legaliter tàm dicta æstima,& diuisiones,quàm præsentationes mandatorum,præcepta,& alia acta,quæ occurrerint,& ipsorum æstimorũ, diuisionum,& actorum copiam authenticam tradere partibus; & hæc mediante eius mercede,de qua in tarifa mercedis notariorum.

Non possint æstimatores, & scribæ prædicti accipere premium aliquod per se,nec per interpositam personam,nec aliquod aliud dono,vel alio prætextu etiam ab eis,ad quorum instantiam faciendæ erunt æstimationes,seu diuisiones,nisi vt inferius dicetur, sub pœna priuationis ab officio, restitutionis accepti,& librarum decem pro quolibet, & qualibet vice.

Possint autem accipere ipsi æstimatores, & scribæ salarium æqualiter inter sese diuidendum,scilicet quãdo æstimationes, seu diuisiones ascenderint vsque ad valorem librarum ducentarum denarios duos pro libra,& à libris ducentis vsque in tria millia denarium vnum pro libra, & ab inde supra,vsque in quantũcunque valorem ascendant, scuta quatuor auri Italię in auro. Declarato quòd huiusmodi rata,& taxatio fieri debeat super sorte simplici, etiam si æstimum fuisset consecutum ad rationem de duobus tria.

Si ęstimatores Genuæ,pro exequendo officio suo vt supra,accessuri erunt vltra milliaria duo computanda à mœnibus ciuitatis, possint accipere pro ipsis,& scriba soldos triginta pro singulo eorum pro æquitaturis:& si eos pernoctare contigerit ad rationem soldorum quadraginta pro qualibet æquitatura singulo die, computatis prædictis, etiamque & libras tres pro quolibet prandio,& libras quattuor pro qualibet cæna. Declarato quòd alij ęstimatores dominij possint pro dictis impensis accipere medietatẽ summarum superius taxatarum.

Possit

Posit § An hoc Statutum habeat locum in rebus mobilibus, pro negat.va Bolc. cons. 288.

Contrarium tenes Marsilian. decis. 3. per tot.

Contra quem § sit contra plures haeredes factum sit estimum, potest unus ex eis rem totam redimere Mastrill. decis. 21.

Posit in § contra quem § quod hoc jus non possit debitor cedere alicui Antonell. cons. 92. Caspan. ad Statutum Mediol. cap. 184. n.o 19. Thomat. decis. 46. n.o 19. Postib. de subhast. inspect. 13. n.o 161. et in addit. ad n.o 10; Surd. cons. 100. n.o 20. et seq., Salerat. de renunciat. lib. 1. cap. 6. n.o 115. Bubatt. decis. 633. lit.ra B, et sic decisum per Rotam Genue

Contra Daniel. cons. 63. n.o 11. et seqq. Vidi decisum per Rot. Gen. de recenti

An sint reficienda meliovamenta in bonis estimatis in casu redemptionis Rot. decis. 249. post Rot. ou manut.

An Creditor debitoris, cui hoc ius competit, possit redimere, vid. Salgad. labyrint. p.te 4. cap. 1. sub n.o 131. versic. nunc etiam.

Redimere § utrum res in vim huius Statuti redempta per debitorem, sive eius heredem reincidat in hypothecam. vid. Rot. decis. 19. a n.o 4. et seqq. post Salgad. labyrint.

Jus redimendi competens debitori cadit sub hypotheca, ideoque potest dari in solutum Creditoribus. Vid. Rulm. decis. 35. n.o 123. et seqq.

An redimens teneatur stare locationi factae Vid. Mangil. decis. 5. per tot. vid. meum Casanov.

An faciat fructus suos Mastrill. decis. 339. n.o 1.

Redimere bona § debent redimere in totum, et non pro parte Rot. penes Rulm. decis. 156. per tot. tom. 2.

Si plura corpora sint data in solutum pro uno credito, licet particulariter estimata unum non potest redimi sine aliis, ita retulit M. Petrus Io: de Turri in causa inter M. Nicolaum Spinulam et alios Spinulas, et anno 1691. die 5. Jan.ii, ubi D.ni approbarunt eius votum. Caspan. ad Stat. Mediol. cap. 413. n.o 341. et cap. 419. n.o 3, Surd. cons. 441. n.o 34. et seqq., Galm. Sun. alleg. 8. n.o 11. et seqq.

Poſsit ille, contra quē, ſeu in cuius bonis factū fuerit aliquod æſtimum redimere illud, ſeu bona, in quibus fuerit conſecutum intra menſes quattuor, ſi fuerit conſecutum ad rationem denarij pro denario, & intra mēſes ſex ſi fuerit conſecutum ad rationem de duobus tria: qui menſes incipiant à die æſtimi conſecuti, vel traditionis poſſeſsionis, ſi viua voce fuiſſet eleuata canella, dummodo intra dicta tempora reſpectiuè ſoluat creditori, ſeu illi, qui ęſtimum conſecutus fuerit, vel habenti, ſeu habituro ius, aut cauſam ab eo, ſummam ſimplicem, & impenſas, pro quibus ęſtimum erit conſecutum, vel eam depoſuerit ſoluendam, & de depoſita intimationem fecerit illi, ad cuius inſtantiam factum fuiſſet æſtimum ſeu legitimæ perſonę pro eo.

Poſsint etiam intra dicta tēpora reſpectiuè propinquus eius, in cuius bonis æſtimum fuerit conſecutum vſque in tertium gradum agnationis, cognationis, vel affinitatis incluſiuè redimere bona, in quibus erit conſecutum, ſi intra dicta tempora reſpectiuè ſoluerit, ſeu legitimè depoſuerit in omnibus vt ſupra; & dictis caſibus, & quolibet eorum teneatur magiſtratus reſtitui facere bona æſtimata ex eorum officio ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij per viam præcepti, illi, contra quem erit factum æſtimum, vel propinquo obſeruanti vt ſupra: quæ quidem depoſita ſic vt ſupra facienda tàm per debitorem, quàm per propinquos fieri debeant in cartularijs numerati ſancti Ge orgij.

Declarato quòd beneficium prædictum competat propinquo ſi de ſua ipſius propinqui pecunia ſoluerit, ſeu depoſuerit vt ſupra, & quòd idem redimens teneatur bona æſtimata reſtituere illi, in cuius bonis facta fuerit æſtimatio intra annum vnum à die redemptionis ab ipſo factæ, dummodo intra dictum annum ſibi reſtituat, & ſoluat quod vt ſupra ſoluiſſet illi, qui ęſtimum eſſet conſecutus cum expenſis, quo caſu teneantur etiam magiſtratus reſtitui facere, in omnibus vt ſupra.

Et vbi plures propinqui vellent redimere dictum æſtimum, præferatur ille, qui haberet bona confinia bonis, de quibus in æſtimo, alioquin præferatur proximior agnatus, & poſt agnatos proximior cognatus, & poſt omnes prædictos proximior affinis, & in pari gradu reſpectiue ſit locus præuentioni.

Vxor, nurus, & quicunque alij creditores, quantumcunque priuilegiati, illius, qui æſtimum conſecutus fuiſſet, & propinqui, qui æſtimum redemiſſet, & cuiuſcunque habentis ius, vel cauſam ab eis, & eorum aliquo, in caſu æſtimi, ſeu rei æſtimatæ, redemptæ, ſeu reſtitutæ vt ſupra nullum regreſſum habere poſſint in dicto æſtimo, ſeu re æſtimata, perinde ac ſi æſtimum nunquam conſecutum fuiſſet.

Declarato etiam quòd iura, quæ competebant illi, qui æſtimum conſecutus fuerat, intelligantur ipſo iure ceſſa dicto agnato, ſeu cognato, vel affini, qui dictum æſtimum redemiſſet talia qualia tamen illi competebant, ita vt propterea ille, qui æſtimum conſecutus fuerit, non teneatur ad aliud.

De

De eleuatione canellæ. Cap. III.

SI quis in confectione, seu consecutione æstimi canellam viua voce eleuauerit, teneantur æstimatores supersedere in tradenda possessione illi, ad cuius instantiam factum fuerit æstimum: debeant tamen in appositione pretij, & in alijs obseruare, ac si æstimum perficeretur.

Ille vero, qui canellam viua voce, vt supra eleuauerit, debeat intra dies octo immediatè secuturos à die æstimi; & possit etiam quicunque, etiã si canellam viua voce non eleuauerit, intra dies octo vt supra, eleuationem canellæ contra dictum ęstimum deponere, eo, quia prætendat, seu dicat habere potiora, vel anteriora iura in re æstimata; sed teneatur in ipsa eleuatione canellæ in scriptis exprimere quantitatem, pro qua dicat se habere potiora iura; & hoc vel per expressionem in ipsa canellæ eleuatione, vel per scripturam in ea exhibitam.

Ad leuandam huiusmodi canellam viua voce, quilibet admittatur etiam sine mandato pro persona tertia: dummodo tamen dicta canellæ eleuatio redigatur intra tempus debitum in scriptis per personam legitimã.

Declarato quòd eleuans dictam canellam vtroque modo sit persona tertia, vel saltem quæ alio nomine, seu iure compareat in eleuatione canellę, & non illo nomine, sub quo fuisset condemnata, vel contra quem æstimum fieri deberet.

Si eleuans canellam viua voce non redegerit in scriptis in tempus prædictum habeatur eleuatio canellæ pro non facta, & æstimum in continenti perficiatur.

Eleuationes canellę fieri debeant in actis eiusdem notarij, a quo processit mandatum, & coràm eodem iudice, qui mandatum concessit, aliter verò factæ non valeant, saluo priuilegio ciuium Genuæ; nam si mandatum esset concessum in dominio, & eleuans canellam esset ciuis, possit eam deponere coram iudice ciuitatis, & in actis notarij actuarij dicti iudicis: quo casu dictæ eleuationis canellæ, teneatur eam eleuans notitiam facere intra mensem a die dictæ elauationis depositæ illi, qui æstimum consecutus fuerit; quæ tamen notitia nullam aliam producat dispositionem: si verò iudex, qui mandatum concessit non esset in dominio, fiat eleuatio canellæ coram iudice ordinario loci æstimi, nisi aliter per Senatum dispositum esset.

Qui canellam, vt supra eleuauerit teneatur docere de iuribus suis intra dies viginti a die depositæ eleuationis canellæ, & citationis legitimè subsecutæ; qui terminus dierum viginti sit probatorius actori, & reo communis; nec transacto dicto termino possint fieri aliquæ probationes, neque etiam per scripturas publicas; sed solum testium in tempore iuratorum, examinatio, & eorum publicatio.

Quibus iuribus visis, si magistratui non apparuerit eleuantem canellam habere potiora, vel anteriora iura, æstimum declarari debeat validum: & si eleuatio canellæ facta fuisset viua voce, concedi debeat ex officio notarij mandatum pro traditione possessionis dirigendum æstimatoribus,

Elevatio Canellæ non procedit contra extimum factum vig.re licentiæ sive mandati concessi à Iudice ecclesiastico Magol. Trimegistr. ratiocin. 35. n.o 35.

Per hoc statutum non sublata alia iuris remedia. vid. Armenzan. decis. 7.

Executio, seu missio in possessionem rerum Semproniy non debitoris tanquam de bonis Titij debitoris, valida est, sed Sempronius restituitur. Scacc. de Senten. glos. 14. q. 30. n.o 130.

Supersedere § supersedetur etiam in tollendo dominio. vid. Carg. prax. Civil. cap. 44. sub § cum igitur

Decisio

Anno 1689. Rota declaravit non competere elevationem canellæ contra ... ecclesiasticis ... in actis Io: Baptæ Sestri ... 16 ... 7bris ... in causa inter Io: Baptam ... et ... DD. Iuliæ et Barbaræ sororum de ... contra extimum consequutum ... Ambrosium et Hieronimum de ...

Intra dies octo § hoc tempus potest restaurari à Mag.cis Serenissimis, et ... ut dictum fuit anno 1672. 30. Augusti. Item anno 1666. 29. 9bris. Item anno 1669. 19. Ianuary.

Potest elevans canellam nedum opponere contra creditum, sed etiam opponere nullitatem extimi. Beniel. cons. 31. n.o 9. Ricc. in eius alleg. in causa vertente inter Ex.mum Fran.cum Pauli actorem ex una et D. Iacobum Malatestam curatorem M.ci Pauli Salvaghi, nec non M.M. Fran.cum M.am et fratres Imperiales Lercarios.

Utrum in hoc iudicio possit impugnari creditum illius, qui fuit extimum consequutus? affirmant Casareg. de commerc. disc. 86. per tot. ubi refert Armenzan. et alios. D. March. in eius alleg. in causa Elevat. canellæ coram M. Rota inter M. Io: Fran.cum Brignole, et M. Lazarum De Mari in § 8.o in fine.

Filius admittitur pro sua legitima ad elevandam canellam. Marilian. decis. 69. n.o 1. Mans. consult. 169. n.o 4.

Sit persona tertia § Itaque beneficiatus potest opponere executioni, eique competit querimonia. Mans. consult. 164. per tot.
Contrarium tenet Marilian. in puncto huius Statuti

Sub quo fuisset condemnatus § tertius etiam dicitur condemnatus, si diverso nomine se opponat. Scaccia de subhast. inspect. 14. n.o 35.

Elevationes § præsentatio scripturæ elevationis canellæ facta extra tribunal et iurisdictionem est nulla tanquam facta contra iuris et Statuti formam de Elevat. Canell. ex traditis per Asin. in prax. § E. cap. 11.

Coram eodem Iudice § Utrum Iudex delegatus in hoc iudicio sit delegatus, vel potius ordinarius disputatur. et quod remaneat delegatus, adsunt plura Vota, quorum aliqua vid. in meo Talan.o quod vero efficiatur ordinarius affirmat Carga in praxi ubi dicit quod hæc opinio magis viget, adsunt etiam plures decisiones, quas vid. in meo Capar.o

Notary § in causa elevationis canellæ potest allegari Not.s suspectus, ita fuit practicatum per Rotam anno 1619. de trenta Maij in dubiis causis.

Civium § hæc qualitas debet probari per elevantem canellam, secus non diceretur elevationem canellæ fuisse propositam coram Iudice competenti, quia fundans se in aliqua qualitate tenetur eam probare. Graff. de except. exceptt. 17. n.o 4. et seqq. et quia agens ex Stat.o debet probare omnes qualitates in eo contentas. Gratian. cap. 546. n.o 52. Honded. cons. 4. vol. 1. lib. 1. Gratian. cap. 607. n.o 1. 769. n.o 61. 741. n.o 66. etiamsi essent à iure præsumptæ. cap. 745. n.o 56.

Numquid dicta allegatio fieri debeat in depositione d.ræ scripturæ, vel in termino d.i præcepti ad formam Statuti de Notar. act. dic posse fieri intra diem primum iuridicum à die d.i præcepti non obstante quod facta non fuerit in depositione scripturæ, ita decisum per Rotam anno 1645. 21. Sbris in causa Io: Fran.ci filij ... D. Io: Baptæ Banchery

Intra dies viginti § isti dies currunt, etiamsi Not.o allegato de suspecto non fuerit facta provisio de alio, Chartdecis. 88. per tot.

Et citationis legitimè subsecutæ § cuius periculo currat instantia: A

Distinguit Rota. Rip. singul. observat. 63. aut elevans canellam citat, tunc dicitur actor et ei currit instantia; aut citat extimum consequutus, et is dicitur actoris partes sustinere et elevans canellam reus

Dierum viginti § hoc tempus quando incipiat Not.o alleg.to suspecto. Armenzan. decis. 11.

À die § dicto hæc stat exclusivè, et ideo dies citationis non includitur. Chartar. decis. 88. n.o 4.

Allegato Not.o suspecto d.s terminus utrum incipiat à die provisionis Not.y confidentis vel statim currat et continuè non obstante d.a allegatione de susp.to vid. Armenzan. decis. 11. per tot. ubi quod currit à die provisionis Not.y

vid. tamen Bovan. Cavalcan. decis. 12. vol. 1. late Anfald. de Iurisd. p.e 13. tit. unic., Scacc. de re Iudic. glos. 11. n.o 23. Rot. post Posth. de manuten. decis. 412. n.o 3. et 4. in puncto Armenzan. decis. 7. et 9. per tot. et vid. distinct.em Carga in prax. Civil. cap. 44. n.o 4. et Soblim Christ. q.e 4. lib. 2. ubi cuius periculo pereat instantia post elapsum ...

Possit etiam) hoc statutu non habet locu, ubi Creditor possidens convenit. Andreol. controv. 130. à nº 17.

Quid si Creditor possideat partim pro anteriore, et partim pro posteriori. Vid. Andreol. ubi s.ª à nº 6.

Remedia possessoria danti Creditori possidenti pignus conventionale. Vid. Cyriac. controv. 33. à nº 1. et quid de possidente pretorium, vel iudiciale. Cyriac. ibi nn. segg.

Cum Magnus) Hoc statutu allegat Mars. consil. 169. nº 4. et sub nº 61. versic. huius itaque ubi quod hoc remedium de iure dicitur cautela Angeli, et vid. idem dicente Constantin. ad Stat. Urb. de Cautel. Angeli. dict. ipsis nº 74.

Remedia statutaria stant cumulative cu remedijs iuris com. in puncto Armenzan decis. 47. nº 38. et segg. et decis. 118. nº 25. seu prosequendo utrumque videatur alteri renunciatu. ex Gabriel. concl. 12. nº 10. de action.

Possessione) intelligi debet de possessione vera. Rot. post Buti. de sueraft. decis. 192. nº 24.

Fructus veniunt a die mote litis in mandato de manutenendo, quamvis ad illos non adsit explicita condemnatio. Rich. decis. 533. nº 4.

Possessio non dicitur acquisita per solam immissione habitam à nuncio, nisi ulterius sequatur colonorum expulsio vel quod immissus in ~~[illegible]~~ dominum ab ipsis recognitus fuerit. Armenzan decis. 7. nº 34. Rot. post Buti. de manutenen. decis. 413. nº 4. Franc. Anton. Cost. cons. 6. nº 32. Vid. Cerbal. decis. 2. per tot. Rot. post tract. Gerth. decis. 58. nº 3. et 5. et vid. Daniell. cons. 4. per tot. Ridolphin. prax. p. 2. cap. 5. nº 30. et segg. ubi quod non est necess.ª colonorum expulsio, ubi precepta constant authoritate et de mandato Iudicis. Marott. discept. 13. nº 8. Cyriac. controv. 10. nº 11.

Non possit) alienatio facta lite pendente ex causa necess.ª debiti anterioris sustinetur. Rot. decis. 243. nº 3. post tract. Gaud.

Ubi Clericus immissus in possessione obtinuit in vim huius statuti, an in petitorio conveniri possit coram eodem iudice laico. Vid. Altimar. ad Rovit. decis. 44. nº 21. et segg.

ribus, qui nulla cittatione requisita, nullaq; solẽnitate obseruata corporalem,& actualem possessionem rei ęstimatę tradant illi,qui ęstimum fuerat consecutus, & eleuans canellam condemnetur etiam ad expensas æstimatorum pro mittendo in possessionem.

Si vero apparuerit eleuantem canellam habere potiora, vel anteriora iura in re æstimata, & seu æstimum de iure fieri non debuisse, teneantur magistratus annullare dictum æstimum, & declarare nullum.

Si autem in re,in qua facta fuerit ęstimatio,supererit à quantitate specificata per eleuantem canellam,& habentem potiora iura vt supra,& seu si pretium fuerit maius quantitate specificata, possit æstimum fieri in supra pluri,seruata dicta quantitate specificata; non tamen propterea fiat pręiudicium creditori anteriori in suis iuribus, tàm respectu hypothecæ quam anterioritatis, & aliorum etiam in re ęstimata, per æstimum tradita.

Possit etiam per magistratum,de cuius mandato fuisset facta ęstimatio assignari terminus etiam ante sententiam illi, qui canellam eleuasset, & potiora iura haberet,si à parte quæ cederet fuerit petitum, intra quem teneantur eligere in quibus bonis, debitoris satisfieri velit, & æstimum consequi,quo casu cedens excusetur ab expensis:quòd si transacto dicto termino æstimum non fuerit consecutus, possit ipse, ad cuius instantiã terminus fuerit assignatus,æstimũ consequi nec, possit ab eo eleuari canella,etiam quòd haberet vt supra potiora iura cum reseruatione prędicta.

Cum magistratus mandauerit tradi alicui possesfionẽ rei immobilis,contra aliquam personam,si tertius vt supra declaratus contradixerit, seu canellam eleuauerit, seu quęrimoniam fecerit coràm ipso magistratu intra dies quindecim à traditione possessionis, & exinde intra dies viginti numerandos à die querimoniæ depositę, & citationis subsecutæ, instrumentis vel testibus idoneis probauerit,quòd dicta res sit sua, vel proinde haberet possessionem bona fide,& non fraudolenter,quę bona fides pręsumatur,nisi ex indicijs, seu probationibus contrarium probaretur,dicta æstimatio,seu datio possessionis, non obsit dicto tertio, sed reuocetur & cassetur.

Et si absens à dominio tempore datę possessionis vellet dictę traditioni vt supra opponere,posit illud facere intrà dies quindecim, postquam reuersus fuerit ad ciuitatem Genuæ, seu locum sui domicilij in dominio; dummodo reuertatur intrà ànnos tres à dicta traditione,quibus durantibus posit etiam eius legitimus procurator oppositionem ipsam facere,& similiter eius heres,vel curator bonorum intrà dies quindecim ab apprehensa hæreditate, vel constitutione curatoris; & si intra dictos dies viginti non fuerit probatum,vt supra,magistratus teneatur confirmare traditionem possessionis.

Non possit tamẽ possessionẽ,siue æstimũ impedire trãslatio possessionis facta de re petita, si ille à quo petita, fuerit trãstulerit eã verè,vel fictè postpetitionem siue in ordinario,siue in executiuis facta de ipsa re:sed tali translatione non obstante fiat executio tam personalis quàm realis,

lis,ac si conuictus,qui transtulit possideret,vel detineret.

Tradita possessione vigore, seu pro executione æstimi, fructus vsque ad æstimum redemptum sint illius,qui æstimum consecutus fuerit.

In omnibus contentis in præsenti statuto procedatur sine libello,sine strepitu,& figura iudicij,& sine remedio cuiusuis appellationis,vel consultationis; non tamen sententiæ, seu pronuntiationes præiudicent partibus in iudicio ordinario,sed iura earum remaneant in dicto iudicio ordinario salua,& illæsa.

De immobili diuidendo. Cap. IIII.

SI habens aliquod immobile commune cum alio,vel alijs,seu possidens pro suo bona fide voluerit illud partiri, teneantur magistratus (citatis participibus) non obstante quocunque lapsu temporis præcipere æstimatoribus, & seu mandatum illis dirigere, quòd accedant ad rem diuidi petitam, & ipsam diligenter inspiciant: & si cognouerint posse recipere commodam diuisionem, illam diuidant; si verò cognouerint non posse commodè diuidi, illud in scriptis referant.

In casu diuisionis faciendæ,teneantur æstimatores dare partem suam illi, qui,vel cuius vxor,aut maritus haberet rem stabilem contiguam ab ea parte, si voluerit, & si contiguam à duabus partibus babuerit, ab ea parte, quam maluerit, si rem coutiguam per annos quatuor ante petitam diuisionem sine fraude habuerit, & si ex re diuidi postulata poterit diuidi pars commoda pro portione vnius participis sic volentis,remanente residuo alijs pluribus participibus commodè coniunctim indiuiso, licet inter ipsos commodè coniunctim indiuiso, licet inter ipsos commodè in partes diuidi non possit, detur pars dicto volenti, & pro residuo fiat relatio,non posse commodè diuidi.

Facta relatione per æstimatores quod tota res, vel pars,vt supra non potest commodam diuisionem recipere, magistratus teneantur citatis participibus,seu legitima persona pro eis ad instantiam cuiusuis participis dictam rem seu partem respectiuè vt supra incantari, & subhastari facere per dies quindecim,& exinde vendere, & deliberare plus ceteris offerenti, & hæc summariè, de plano, sine figura iudicij, & sine libello.

De cessionibus, & delegationibus. Cap. V.

SI creditor debitorem creditori suo consentienti delegauerit, vel etiam sola voce debitori mandauerit, quòd creditori consentienti soluat, non possit mandans reuocare, neque contrauenire, & debitor delegatus teneatur soluere creditori, & ab eo possit efficaciter conueniri pro dicto debito,nec pro eo possit amplius molestari à mandante,seu delegante,nec pariter ipse delegans à suo creditore, cui fecisset talem delegationem.

Si quis verò siue sit ciuis Genuæ, siue de dominio acquisiuerit titulo cessionis,

In omnibus/ tam contra debitorem quam contra 3.ium qui obtinuit in elevatione Canelly Scacc. de comerc. § 1. glos. 5. n.º 414. et 415. qui sequitur in puncto huius Stat.

Appellationis/ de iure com. remissa est appellatio in possessorio Rovit. decis. 243. n.º 8. post Salgad. cancer. var. p.te 1. cap. 13. à 23. et seqq.

Sed contrarium verius esse docet Rondad. cons. 22. n.º 45. et seqq. lib. 2. Amat. decis. March. 13. n.º 15. et per tot. Peregrin. decis. 92. n.º 16. et seq. n.º 19. Mel. observat. 29. n.º 6. Post de manuten. observ. 116. n.º 33. et seqq. Vercel. consult. 46. n.º 5. 6. et 7.

Non posse commode dividi/ Res dicitur non posse commode dividi quando si divideretur satis minus valeret Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p.te 2. n.º 36. Michaelor. de Fratrib. p.te 3. cap. 38. n.º 28. ubi late ad materiam —

Referant/ huiusmodi relationem faciendam esse cum iuramento tradit Leo praeparat. 15. n.º 30. 31. p.te 1.

An istud Statutum intelligi debeat quando partes sunt equales non vero quando quis habeat maiorem partem. Vid. Fontanell. ubi s.a à n.º 80. Michaelor. ubi s.a n.º 32.

Attenta dispone huius Statuti potest tractari diebus feriatis ad utilitatem hominum. Athimar. de nullit. Rubr. 9. q.te 40. n.º 88. Vid. Palm. nep. alleg. 139. à n.º 7.

Consentienti/ Consensus hic an debeat esse simultaneus? negat Mans. consult. 19. sub n.º 13. et n.º 14.

Sola voce/ etiam de iure com. cessio potest fieri sine scrā. Olea de cess. tit. 1. q.te 5. n.º 12. et seqq.

Si quis/ universitas non comprehenditur in Stat.o disponente per verba si quis et similia Meverd. controv. lib. 1. [illegible] cap. 49. n.º 1. usque ad 10. Carpan. ad Statut. Mediol. tom. 1. cap. 36. n.º 13. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 183. n.º 66. Barbos. axiom. 198. n.º 5. Bertazol. in [illegible] maior. n.º 133. C. de transact. Tort. ad Stat. Papiens. Rubr. 63. in civil. n.º 5. et 67. Pagnan. in cap. ad hec n.º 63. de Rescript. Dom. Vid. Mascard. de Stat. inter. et. conclus. 4. n.º 7. et seqq. Roman. cons. 400. n.º 4. et 436. n.º 2. et cons. 195. n.º 3. De Ponte cons. 146. n.º 56. et seqq. [illegible]

contra vid. Rot. decis. 380. n.º 12. p.te 1. Rec. Millin. decis. 20. aut 201. per tot. ubi tamen ait venire improprie. Vid. Amat. cons. 93. [illegible] seqq. Buratt. decis. 259. n.º 6. et 7. quilibet ac late Tor. de privileg. universit. privileg. 4. per tot. ubi distinguit —

Rationem huius Statuti vid. apud Rigant. ad Stat. Ferr. lib. 1. Rubr. 11. n.º 4. ubi n.º 10. et 16. quod non comprehendit donat.es praesertim ad favorem Pauperum vel causae piae loquens de Stat.º consimili, et vid. Io: de Amic. cons. 14. n.º 8. et à n.º 14. usque ad finem, Ratavit. supp. lit. n. 128. n.º 6. et seqq.

Non comprehendit acqu.es iurium, quae fiunt per mercatores. Vid. Cyriac. controv. 467. n.º 9. et 10.

An et quando Clericus possit esse Procur. Laici? vid. Cyriac. controv. 587. per tot. ad effectum alium substituendi vid. Rot. decis. 9. n.º 6. p. 16. rec. ubi quod Procur. inhabilis potest esse ad effectum substituendi habilem, quia substitutus videtur à principali.

An comprehendatur etiam hypotheca? vid. pro negativ. Altograd. sen. cons. 3. per tot. lib. 1. Saminiat. apud Altograd. Iun. cons. 4. n.º 50. qui tamen loquitur in tmis remotis ab hoc Stat.º

Hoc statutum est odiosum. vid. Altograd. ibid. n.º 39.

Quis dicatur potentior? vid. Olleam de cess. tit. 1. q. 4. à n.º 14. n. 1. Mauson. de caus. exequt.

Potentiorem, miserabilis persona ~~non dicitur potentiam unico Masprilli decis. 142 in nullo lucem~~ ~~ad allegata~~ ex cessione sibi facta trahit advers.um ad forum suum. Antunez de donat. reg. lib. 3. cap. 38. n.º 31.

~~accepta~~

Ecclesia, et Clerici, et loca pia dicuntur personae potentiores. Ludovis. decis. 419. n.º 6.

Ecclesia particularis non dicitur potentior laica. Masprill. decis. 148. Menoch. cons. 216. n.º 39. et 20.

Carceratus potest iurari suspectus et reccomendari. vid. Rossent. Lingu. 10. n.º 10. centur. 1. alia veriori, vid. Sabell. Resolut. 21. n.º 6. 7. 8. et 19. contra vid. Paulut. dissert. 56. art. 11. n.º 122. et vid. Constantin. ad Stat. Urb. annot. 19. n.º 110. Stacc. de indic. lib. 1. q. 5. n.º 33.

Debitor suspectus intelligitur si suspicio supervenit de novo post contractum debitum et non aliter. Cacciaiup. in tract. ex decoct. fraud. q. 6. n.º 3. Mascard. de probat. conclus. 1154. n.º 9. vol. 3. ubi quod intelligitur et primo locum habeat quando suspicio de novo post contractum debitum supervenit, 2.º quod licet d.a causa suspicionis emerserit post contractum debitum si tamen postquam hoc creditori notum fuit ipse tacuit per multum tempus absque eo quod petierit licentiam faciendi eum capi, ex hanc taciturnitate videtur eius personam approbasse, nec potest eum facere capi et sibi imputare debet. Socin. sup. 2.º decretal. de dilationib. art. 120. à n.º 63. et seqq.

Debitor reddendi rationem potest iurari suspectus. Ioniarell. decis. 135. n.º 15. imo etiam socius, qui alias non tenetur nisi in quantum facere potest. l. parum in principio. ff. pro soc. potest iurari suspectus. Berg. cons. 10. n.º 6. vol. 3. Selv. da socid. cap. 31. n.º 52. Mauson. da caus. exequut. ampliat. 19. n.º 7. Paulut. dissert. 50. art. 11. n.º 143. et seqq.

Fideiussor potest iurare suum principalem suspectum etiam antequam solvat. vid. Bolo. cons. 108. per tot.

Ad instantiam Creditoris, Deputatus in personam legitimam non habet facultatem subeundi iuramentum suspicionis fugae. Ita supp. anno 1666. 7. Feb. in causa M. Io: Bened. Gentilis de voto sp: Denat. Masiny in fol. p. 1665. n.º 188. Idem sequutum fuit anno 1709. 9. Iunii in causa D. Fran.ci M.e da Ecclesia iurati suspecti et carcerati ad instantiam M. Antonij Iulij Brianci Deputati, ut in manuale d.i anni.

Procurator mulieris, quae fuit à marito instituta Heres ad votum, et cum expressa facultate faciendi ea omnia quae facere posset ipse Testator, si viveret, potest iurare debitorem suspectum. Ita DD. Sup.ri anno 1694. 15. Iulii referente in scriptis M. Petro Io: de Turri in causa detentionis Io: Raphaelis Saviani ex una, et Nicolaum Andream Agrestum Procuratorem M. Thomasinae viduae q.m D. Io: Io: Bapt. Barachini ex altera part.

Iuratus fuerit si plures principaliter et in solidum obligati debent omnes iurari pro suspectis, alias contra unum tantum non valet, ut per Ruginell. p. 4. cap. 12. n.º 19. 20. 30. 31. Chart. decis. 129. per tot. ubi habetur etiam, non posse debitorem insufficientem iurari suspectum si adesset fideiussor idoneus.

ſionis, vel alio quouis titulo, ab aliquo Genuenſi, ſeu de dominio iura, ſeu credita contra Genuenſem, ſeu quempiam de dominio non poſſit conuenire eum contra quem ceſſio facta eſſet, niſi coràm illo iudice, ſeu in illo foro, in quo cedens, ſeu transferens conuenire potuiſſet.

Si autem aliquis ſiue ciuis, ſiue de dominio acquiſiuerit iura alicuius extranei contra Genuenſem, ſeu de Dominio ſine voluntate debitoris, niſi ſubſiſtente legitima cauſa arbitrio Senatus, non poſſit audiri ab aliquo magiſtratu, nec illi poſſit reddi ius ſuper acquiſitis vt ſupra.

Nec poſſit aliquis ſiue ciuis, ſiue de dominio eſſe procurator, actor, ſyndicus, negotiorum geſtor alicuius clerici, perſonæ religioſæ, ſeu religionis contra laicos, ſine expreſſo conſenſu ipſorum laicorum.

Nullusque cuiuſcunque conditionis exiſtat, poſſit titulo ceſſionis, vel alio quouis acquirere directè, vel indirectè decimas, nec iura alicuius Eccleſiæ contra Genuenſes, ſeu de dominio, nec pro prædictis eſſe procurator: qui contrafecerit cadat in pœnam dupli eius, quod decimæ, ſeu iura valuerint, & magiſtratus contrafacientem condemnet in dictam pœnam, aliàs ſyndicetur in libris centum pro qualibet vice, & vltra arbitrio ſyndicatorum.

Ceſsio, & translatio iurium non poſsit fieri in potentiorem ratione fori mutandi, ſeu priuilegij conſequendi, & facta non valeat niſi in eo foro, & ſub conditionibus, ſub quibus valuiſſet debitum, ſeu ius ceſſum in cedente, ſi ceſsio facta non fuiſſet, ſalua in reliquis diſpoſitione ſtatutorum, & iuris.

De debitore ſuſpecto detinendo. Cap. VI.

Debitor ſuſpectus debeat incarcerari de mandato cuiuslibet magiſtratus, ad inſtantiã creditoris, ſiue debitum ſit purum, ſiue conditionale, ſiue ſit in eo appoſitus terminus ſiue non: & teneatur quilibet magiſtratus licentiam de cercercando concedere contra talem debitorem ad inſtantiam creditoris.

Debitor quoad contenta in pręſenti ſtatuto intelligatur quis, quando de debito conſtat per publicum inſtrumentum, vel ſcripturam, cui fides adhiberi poſsit, vel per teſtimonium duorum ſaltem teſtium etiam minus legitimè receptorum, qui tamen (ſaluis contentis in præſenti capitulo) nullam fidem faciant, niſi legitimè recipiantur: quod fieri poſſit non obſtante priori teſtificatione non legirimè facta.

Debitor vero intelligatur ſuſpectus, ſi pro ſuſpecto iuratus fuerit à creditore vel à procuratore habente ſpeciale mandatum, vel à tutore, aut curatore minoris, vel ab inſtitore.

Declarato quòd pro debito dotis, & antefacti, cuius ſolutionis diés nondum ceſsiſſet, non poſsit aliquis ex forma præſentis capituli moleſtari, nec contra tales debitores licentia de ſuſpecto concedi, ſed ſeruari debeat ius commune.

Et ſimiliter declarato, quòd venditor alicuius rei immobilis, qui in venditione ſe non obligauerit ad fideiuſſores præſtandos, non poſsit occaſio

ne dictæ venditionis, vel obligationis propterea factæ detineri pro ſuſpecto, niſi poſt venditionem, & rei venditæ traditionem appareret aliquid, propter quod fideiuſsio dari deberet, quo caſu ſeruetur ius commune.

Si debitor vt ſupra ſuſpectus, & detentus voluerit relaxari, teneatur idoneam cautionem præſtare magiſtratui, vel notario pro creditore recipienti, vel creditori de ſe perſonaliter præſentando, & non per procuratorem, coràm ipſo magiſtratu, ſemper & quoties ex eius parte requiretur, & de ſtando iuri, & iudicato ſoluendo ſuper debito prædicto, ita vt reo præſentato coràm dicto magiſtratu in manibus caualerij ad ſcientiam creditoris, fideiuſſor vlterius non teneatur: aliàs ſoluere debeat creditori debitum ad mandatum magiſtratus, nec aliter poſſit dictus debitor detentus relaxari, ſed incarcerari.

Declarato tamen, quòd non obſtante quacunque promiſſione facienda, & fideiuſſione prçſtanda intelligatur ſemper, & ſit reſeruatum ius dicédi de nullitate dictę detentionis, tàm in agendo, quàm in excipiendo tale quale competit.

Si detentus in continenti probauerit habere bona immobilia in ciuitate, vel dominio Genuenſi pro debito, pro quo detentus fuit, relaxari debeat, & poſſit illud facere coràm iudice, qui licentiam conceſſit; qui iudex ſit, & intelligatur competens etiam ſi aliàs non eſſet: & teneatur magiſtratus recipere ſuper eo teſtes, & probationes intrà horas viginti quattuor incipiendas ab illa hora quæ debitor fuerit detentus receptis interrogatorijs admoniti ſi qua voluerit facere: qui creditor poſſit etiam intra horas duodecim computandas poſt dictas viginti quattuor horas probare ex aduerſo dictum debitorem eſſe adeò creditoribus oneratum, vt bona prædicta non ſint ſufficientia, vel idonea ad ſatisfactioné debiti prædicti.

Declarato, quòd detentus poſsit probationes facere etiam poſt prædictas horas viginti quattuor, & interim remaneat detentus, vel idoneam fideiuſsionem præſtet vt ſupra, ſub proteſtatione, quòd valeat, ſi probare non poterit, habere bona immobilia, vt ſupra; qua fideiuſsione præſtita relaxetur, & huiuſmodi probationes fiant ſine figura iudicij, quibuſuis horis, etiam non iuridicis, reiectis exceptionibus incompetentiæ, & alijs quibuſuis, ſalua ſuſpicione notarij, vt infra.

Quando detentus adit notarium, qui ſcripſit licentiam, non poſsit idem notarius allegari, nec iurari ſuſpectus; quando verò habet recurſum ad alium notarium, ſi allegaretur, vel iuraretur ſuſpectus, debeat incontinenti allegans dare confidentes abſque citatione, & ſtatim ſubrogetur notarius receptis confidentibus, alioquin magiſtratus prouideat ſtatim de notario.

Quando probationes incipiunt fieri poſt præſtitam fideiuſsionem per detentum, procedi debeat ſeruata forma ſtatutorum, ſed coràm iudice, qui conceſsit licentiam, qui ſit competens, vt ſupra, etiam ſi alioqui non eſſet.

Et ſi probatum fuerit dictum debitorem, ſeu detentum eſſe idoneũ in bo-

nis

nis ſtabilibus,& ſeu habere bona ſtabilia in ciuitate,ſeu dominio, ſuffi cientia pro dicto debito vt ſupra,relaxetur;relaxariq; debeat;ſi erit ad huc detentus,vel incarceratus,& ſeu reuocentur promiſſio,& fideiuſſio nes præſtitæ:vbi autem quis iurauerit aliquem ſuſpectum , & apparue-rit euidenter ipſum non eſſe ſuſpectum,& veriſimiliter videatur calum niosè iuraſſe,magiſtratus teneatur condemnare talem ſic iurantem ad omnia damna, intereſſe, & impenſas detenti,& ad pœnam ſoldi vnius pro qualibet libra quantitatis,pro qua detentus fuerat.

Fideiuſſores vt ſupra præſtiti non poſſint compelli ad præſentandũ debi-torem,ſeu illũ,pro quo interceſſerunt, niſi facta per creditorem liqui-datione ſui crediti contra debitorem,vel perſonam legitimam pro eo.

Non poſsint etiam huiuſmodi fideiuſſores approbati pro idoneis iurari ſuſpecti,niſi facta per creditorem liquidatione ſui crediti contra debi-torem,& ſtatuto per iudicem termino fideiuſſori ad præſentandũ debi torem; & præſentatione intra terminum non facta,quo caſu & tempo-re,poſſint dicti fideiuſſores iurari ſuſpecti in omnibus vt ſupra.

De decoctis,& debitore non ſoluendo. Cap. VII.

Vide Petrum Caval[illegible] criminal. [illegible]

QVicunque comparuerit coràm magiſtratu ruptorum, & docuerit ſe eſſe debitorem librarum mille,in plus,aſſerendo non poſſe credito ribus ſuis ſatisfacere,declaretur à dicto magiſtratu ruptus.

Si quis latitauerit,ſeu ſe abſentauerit mole creditorũ,& ſit debitor libra-rum mille,vel ſupra,de quibus conſtet per teſtimonium trium teſtium, etiam ſummariè examinatorum, & atteſtantium ſaltem de publica vo ce,& fama,declaretur ruptus ad inſtantiam cuiuslibet ex creditoribus, facto prius proclamate in platea bancorum,& in contracta habitatio-nis dicti abſentis,ſeu latitantis, quòd volentes opponere compareant intrà triduum;& nihilominus nulla oppoſitio admittatur, niſi vel deſi-ſtentia requirentis,vel oppoſitio,ſeu exceptio ſolutionis , vel indebiti facta per prætenſum debitorem perſonaliter,vel oppoſitio creditoris, vel creditorum aliorum habere debentium quadruplum eius,quod ha bere deberet ille,qui requireret:de quibus quo ad prædicta poſſit fieri ſummaria fides, quæ quo ad reliqua non præiudicet iuribus partium, inter ipſos tamen creditores opponentes,non poſſit eſſe neque connu-merari vxor,neq; frater,neque pater,neq; filius, neq; nepos ex fratre, vel filio,neq; conſanguineus germanus,ſiue ex fratribus , ſiue ex ſoro-ribus , & nullis oppoſitionibus ex prædictis factis,latitans, vel abſens vt ſupra,declaretur ruptus,& dies quo ſit factus ruptus,ſeu non ſoluē-do,ſiue decoctus,quo ſcilicet cępit latitare,ſeu ſe abſentare .

Et nihilominus ſi admitteretur aliqua ex ſupraſcriptis exceptionibus , & exinde creditor,qui deſtitiſſet,iterùm compareret, vel alius creditor, aut creditores maioris ſummæ,in qua etiam ille, qui prius comparue-rat connumeretur,declaretur ruptus,facto proclamate vt ſupra,niſi fie rent intrà tempus oppoſitiones ſupraſcriptæ.

Secuta declaratione rupturæ,omnia bona dicti rupti intelligantur effecta

creditorum, comprehensis etiam illis, de quibus dictus absens, seu latitans venditionem, solutionem, seu contractum aliquem fecisset intra dies quindecim proximè præcedentes diem absentiæ, seu latitantiæ.

De quibus bonis curam habeant deputandi siue à creditoribus, siue à magistratu ruptorum, quorum deputandorum cura, & officium erit libros, & scripturas recuperare, & bona ipsa restringere, & ponere in tot pagis comperarum sancti Georgij, pro ipsis soluendis cui, vel quibus de iure erunt soluendæ; vel pro repartiendis inter dictos creditores.

Quòd si deputati prædicti pecunias, vt supra in pagis non exposuerint, teneantur versus creditores, etiam ad interesse, ad rationem cambiorũ, & recambiorum vsq; ad integram solutionem; & intelligantur legitimè constituti in mora statim quòd aliquid exegerint.

Non præiudicent prædicta, & infrascripta creditoribus habentibus hypothecam, pignus, vel fideiussionem, sed vxor absentis, vel latitantis solutionem suam prius consequi teneatur in locis comperarum sancti Georgij, aut pagis, aut numerato in cartularijs earum, & in effectibus aliarum comperarum Reipublicæ si aderunt, antequam ad alios effectus regressum habere possit.

In cæteris inter creditores, & quo ad omnia de decoctis ordinata, habeatur ratio ad quantitatem summarum crediti, & non ad numerum creditorum.

Conficiatur inuentarium de omnibus libris, scripturis, bonis, & effectibus dicti absentis, seu latitantis, & omnia annotentur in actis notarij magistratus ruptorum, per quem fieri debeat nota in dictis libris, ad hoc vt in eis exinde nihil adiungi possit.

Occultantes personam absentis, seu latitantis, vel occultantes libros eiusdem, si intra tempus statuendum per magistratum in proclamate publico emittendo in platea bancorum, & in contracta habitationis dicti absentis, vel latitãtis, & seu statuendum in notificationibus singulariter faciendis, admoniti nõ manifestauerint prædicta in actis magistratus, intelligantur, & sint in solidũ obligati cum absente, vel latitãte erga omnes creditores, & quemlibet eorũ, exclusis tamẽ quoad personam debitoris manifestandã, patre, matre, vxore, filijs, fratribus, sororibus, socero, socru, genero, nuru, & descendentibus ab ipso debitore.

Occultantes alias scripturas, seu aliqua de bonis dicti debitoris malitiosè iudicio dicti magistratus, & non manifestantes intrà tempus, vt supra cadant in pœnam soluendi capitale pretij bonorum, seu effectuum aut creditorum cõtentorum in scripturis, seu eò vsq; arbitrio dicti magistratus: quæ pœna vnà cum bonis debitoris sit applicata ad soluendum creditoribus, exclusis tamen à præsenti pœna illis, qui essent debitores dicti decocti, licet non manifestarent.

Et prædicta locum habeant etiam si ruptus accordium cepisset cum suis creditoribus, & creditores fecissent renuntiationem.

Deputati possint, & debeant vendi facere in publica callega omnia bona, tàm mobilia, quàm immobilia rupti, & pretium conuertere in pagis sancti Georgij, vt supra.

Prædicta

Prædicta omnia tàm circa recuperationem librorum, bonorum, & scripturarum, quàm venditionem eorum, posſint fieri per magiſtratum antequam deputati eſſent conſtituti; fieriq; debeat inuentarium, & libri, ſcripturæ, & bona reponi in loco tuto arbitrio magiſtratus vſquequò deputati fuerint electi, vel bona vendita.

Perſona abſentis, ſeu latitantis, eiuſq; bona, & ſcripturæ poſsint de mandato magiſtratus, ad inſtantiam cuiuſuis ex creditoribus detineri, capi, & arreſtari in quacunque domo, habitatione, ſeu loco, cuius claues eſſe ſolerent penès eum; & vlterius in quacunq; domo, & loco, in quo veroſimiliter eſſe poſſent, ſiue ex depoſitione teſtium, etiam deponentium de credulitate, & non legitimè examinatorum, vel ex alijs indicijs arbitrio magiſtratus: imo omnia loca, & domus planæ fieri debeāt quibuſcunq; miniſtris propterea mittendis per magiſtratum: & ſi quæ fraudes, ſeu ſubterfugia fierent circa prædicta, arbitrio dicti magiſtratus, poſsit ipſe magiſtratus cum voto Rotæ criminalis, vel ſaltem Prætoris Genuæ procedere contra quoſcunq; etiam criminaliter pro habenda veritate prædictorum.

Creditores abſentis, ſeu latitātis debeant deputare tres, vel quatuor, aut quinque ex ipſis, pro procuranda indemnitate creditorum, reſtringendis bonis, & alijs faciendis: quod ſi intrà dies quindecim ab abſentia, vel latitantia debitoris non fecerint, debeant deputati creari à magiſtratu ad inſtantiam cuiuſuis creditoris, qui poſsit deputationes ipſas confirmare, & etiam conſtitutiones actorum, & procuratorum tàm intra, quàm extra dominium, & ſubrogationes deputatorum ſiue à creditoribus, ſiue à magiſtratu fiant per dictum magiſtratum, factis illis diligentijs, quæ ipſi videbuntur.

Dos vxoris decocti poni debeat in locis, ſeu pagis comperarum ſancti Georgij, ſeu alio loco tuto arbitrio magiſtratus, & de fructibus dictæ dotis debeant per magiſtratum decerni alimenta vxori, & familiæ dicti rupti; & ſi quid de dictis fructibus ſupererit vltra dicta alimenta, vſque ad medietatem fructuum dictæ dotis, ſpectet, & applicari debeat viuente marito ad extinctionem quantitatum per dictum ruptum debitarum ad ratam crediti.

Debitores rupti, ſecuta ruptura, ſeu declaratione, teneantur abſq; aliqua intimatione ſoluere quicquid dare debēt dicto rupto, deputatis, ſi aderunt, ſi minus, ponere in ſancto Georgio ſub nomine magiſtratus, pro ſolutione ſui debiti, & hoc intra menſes tres immediatè ſecuturos à dicta ruptura, ſeu declaratione; alioquin teneantur, & obligati ſint non ſolum ad capitale, ſed etiam ad intereſſe cambiorum, & recambiorū, per inde ac ſi fuiſſent obligati erga creditorem, ſi non eſſet ruptus, & ab eo legitimè conſtituti eſſent in mora.

Rupti intelligantur, & ſint ipſo iure priuati nobilitate, & non poſsint admitti ad aliquod officium, magiſtratum, honorem, aut beneficium Reipublicæ: & ipſi, eorumq; vxores etiam poſt factum accordium non poſſint deferre pro ornatu, neque pro veſtitu aurum, argentum, gemmas, annulos, neq; ſetā ſub pœna ſcutorū quinquaginta pro qualibet vice:

nec possint restitui aduersus prædicta, nisi prius in casu non secuti accordij cum suis creditoribus, soluerint totum eorum debitum cum interessibus vsq; ad integram solutionem; vel nisi prius in casu secuti accordij cum creditoribus adimpleuerint dictum accordium, & soluerint omnibus suis creditoribus saltem capitale integrè.

Declarato quòd quo ad contenta in proximè præcedēti particula de officijs, magistratibus, honoribus, & beneficijs Reipublicæ intelligantur rupti omnes illi, qui non soluissent eorum creditoribus capitale integrum ad rationem soldorum viginti pro libra.

Si videretur magistratui decoctum vsum fuisse aliqua malitia, & eius rupturam non pendere simpliciter à mala fortuna, possit idem magistratus cum voto tamen Rotæ criminalis procedere contra huiusmodi ruptum etiam criminaliter, & eum punire vsque ad vltimum supplicium exclusiuè, vt videbitur conuenire, habitis opportunis considerationibus, & hæc sine præiudicio iurisdictionis iudicum criminalium.

Si creditores alicuius rupti cōuenerint cum eo, & accordium firmauerint & concurrant septem octauæ partes creditorum, reliqua octaua possit per magistratum includi in dicto accordio: quo casu pars inclusa censeatur, ac si cum alijs consensisset, & partes creditorum intelligantur semper de quantitate crediti, & habito respectu ad quantitatem crediti, non autem ad numerum creditorum.

Excludantur semper, & exclusi intelligantur creditores habentes pignus, hypothecam, vel fideiusionem, nisi septem octauæ partes creditorum habentium hypothecam consentirent: quo casu reliqua octaua pars creditorum habentium hypothecam, possit includi, dummodo habeat hypothecam inferiorem, vel parem illis, qui consensissent.

Si verò aliquis ex creditoribus, qui in accordio cōsensisset, haberet à debitore meliorem conditionem, siue in quantitate, siue in tempore, siue in cautione alijs creditoribus sine eorum scientia, vel sine licentia magistratus, cadat ipso iure, & facto in obligationem soluendi pro dicto debitore omnibus alijs creditoribus supra plus ab accordio vsque ad complementum debiti principalis, hoc est, vsq; ad solidos viginti pro qualibet libra, ad quam integram solutionem remaneat etiam obligatus insolidum debitor non obstante quitatione, & accordio secutis.

Tractantes feriarum Bezensoni, Placentiæ, & aliarum ciuitatum, & locorum, in quibus pro tempore fierent feriæ per nationē Genuensem, qui decoquerent in dictis ferijs habeantur ac si Genuæ decoxissent; & ipsi quo ad creditores Genuenses subiaceant omnibus ordinibus per inde ac si latitassent, seu se absentassent in ciuitate.

Alij verò decoquentes in alijs mundi partibus extra dominium teneantur intra menses sex immediatè secuturos à ruptura, qui possint ex causa prorogari per magistratum in vna, seu pluribus vicibus per alios menses sex præsentare coràm magistratu accordium captum cum eorum creditoribus, vel ordinem deputatorum legitimè electorum in loco rupturæ, & nihilominus subiaceant præsentibus ordinibus, & pœnis, & non possint gaudere beneficijs, seu gratijs concessis illis, qui se præsen-

præſentarent abſque ſaluoconductu cum libris, & ſcripturis pro vt infra, niſi intra dictum tempus ſe præſentarent perſonaliter abſq; ſaluoconductu in fortijs dicti magiſtratus, vel fidem authenticam facerent, quòd in locis, in quibus reſpectiuè ſecutæ ſunt rupturæ, ſe præſentauerunt in fortijs iuſtitiæ abſque ſaluoconductu cum libris, & ſcripturis; excluſi tamen a præſenti ordine intelligantur illi, qui a deputatis, vt ſupra legitimè electis in loco rupturæ haberent excuſationem, & fidem excuſationis a dicta præſentatione facienda, quæ excuſatio videretur idonea magiſtratui.

Si debitor conſtituerit ſe perſonaliter in fortijs magiſtratus, abſque aliquo ſaluoconductu, cum pręſentatione librorum, & ſcripturarum, & manifeſtatione bonorum ſuorum abſque fraude, arbitrio magiſtratus, aſſignetur eidem per dictum magiſtratum domus debitoris, vel alia, quæ ſit intra mœnia ciuitatis pro carcere, abſque aliqua fideiuſsione, ſed cum ſola promiſsione debitoris de obſeruando dictã domum pro carcere; ex qua non poſsit recedere niſi diebus feſtiuis de præcepto in mane pro audiendis diuinis, & niſi cum licentia magiſttatus in illis diebus, in quibus dictus magiſtratus dabit audientiam, alias repertus extra dictam domum poſsit incarcerari ad inſtantiam creditorum, & cuiuslibet eorum, nec ei concedatur amplius gratia dictæ domus.

Ipſe ſicut ſupra domi carceratus manere poſsit per menſes octo, qui per magiſtratum prorogari poſsint per alios menſes octo ad hoc, vt interim poſsit, vel compoſitionem capere, vel prouidere aliter rebus ſuis: interim tamen poſsint, & magiſtratus, & deputati bona reſtringere, & alia facere, vt ſupra, dummodo tamen interim pecuniæ non repartiantur, ſed ponantur in ſancto Georgio in tot pagis ſuper magiſtratum, ſeu ſuper deputatos adhoc, vt ſeruiant accordio interim capiendo durantibus dictis menſibus ſexdecim: in quibus ſi dictus ruptus, vt ſupra ſe præſentans accordium ceperit cum tribus quintis partibus ſuorũ creditorum, poſsint duę reliquę quintæ partes includi per magiſtratum; nec opus ſit ſeptem octauis partibus, vt in alijs accordijs, ſed tranſactis dictis menſibus ſexdecim, & accordio, ſeu compoſitione non facta; creditores poſsint procedere contra debitorem, & pecuniæ poſitæ in ſancto Georgio remaneant deputatis abſque aliqua obligatione.

Et ſi dictus præſentans in omnibus, vt ſupra, accordium, ſeu compoſitionem ceperit intra dictum tempus, completo accordio, remaneat reintegratus ad nobilitatem, magiſtratus, dignitates, officia, & beneficia Reipublicæ; & gaudita, ſeu vſusfructus dimidiæ dotis vxoris ſuæ, quæ vt ſupra aſsignata eſt creditoribus, non remaneat, nec ſit creditoribus aſsignata.

Et licet aliquis ſe abſentaſſet, vel latitaſſet ſi comparuerit intra menſem a die abſentię, ſeu latitantiæ, & ſe conſtituerit perſonaliter in fortijs magiſtratus, & præſentauerit libros, & ſcripturas abſque ſaluoconductu, & præſtitetit fideiuſsionem erga ſuos creditores pro quarta parte, debeat ei dari domus ſua, vel alia intra mœnia Genuæ arbitrio magiſtratus pro carcere per menſes octo, qui prorogari poſsint per alios

octo,cum conditionibus,vinculis,& alijs, pro vt ſupra; & talis ſic præſentans gaudeat priuilegio faciendi accordium cũ tribus quintis partibus,vt ſupra; & non poſsit magiſtratus contra eum procedere criminaliter etiam ſi ante occultaſſet ſcripturas,& bona: & vlterius completo accordio poſsit reintegrari ad nobilitatem,magiſtratus, dignitates, officia, & beneficia Reipublicę cõcurrentibus ſaltem quattuor ex quinque officialibus ruptorum.

Si vllo vnquam tempore, etiam facto accordio conſtiterit quòd aliquis ex debitoribus,vt ſupra ſe pręſentãtibus vſus fuerit aliqua fraude, aut in ſcripturis, aut occultando bona, aut aliter in præiudicium creditorum non poſsit frui beneficio gratiarum, vt ſupra reſpectiuè conceſſarum,imò non obſtante quacunque quitatione,& accordio, poſsint creditores habere actionem exigendi reſiduum crediti vna cum intereſsibus vſque ad integram ſolutionem: quo caſu ad commodum creditorum,accordia,quitationes,& alia intelligantur facta in fraudem, & nõ valere,neque ipſis creditoribus præiudicare debere.

Magiſtratus dominij teneantur ad requiſitionem magiſtratus ruptorum, & ad inſtantiam cuiuſuis creditoris incarcerari facere huiuſmodi debitores ſe abſentantes, & eos tranſmittere ad ipſum magiſtratum expenſis dicti creditoris.

Iam exiſtens in carcere non poſsit tranſmitti ad officium ruptorum, neq; declarari ruptus,& declaratio facta non valeat, nec cõpoſitiones pręiudicent illis,qui conſenſerint,nec in eis includi poſsint illi, ad quorũ inſtantiam eſt incarceratus,vt ſequeſtratus.

Si vxor rupti fuerit foreſtata,non poſsit cedere, neq; transferre iura ſuarum dotium,neque alia iura contra maritum,neque audiri poſsit ipſa, neque ille,cui ceſſerit, vel in quem tranſtulerit iura ſua, neque ipſius agentibus,ſeu agere volentibus ius reddi poſsit, ſed audientia denegetur durante matrimonio,ſed ſoluto ipſo matrimonio,& vxor,& ceſsionarij poſsint agere, requirere, & petere perinde, ac ſi vxor nunquam foreſtata fuiſſet.

Ceſsiones, dationes in ſolutum, & aliæ diſpoſitiones bonorum factæ per debitorem ad fauorem alicuius, ſeu aliquorum ex ſuis creditoribus intra dies quindecim immediatè antecedentes diem rupturę, ſeu abſentationis ſint nullæ, & habeantur pro non factis.

Quando creditor debitoris non ſoluendo,ſeu vergentis ad inopiam, aut bonorum defuncti non ſufficientium,ſeu non ſoluendo acceperit vltra ſuam ſortem,& expenſas legitimas tam in conſecutione æſtimi, quam in re æſtimata factas,& in bonis dicti debitoris viui, vel defuncti, non ſit vndè omnibas creditoribus ſatisfieri poſsit, talis creditor ſit contentus ſua ſorte,& expenſis legitimis;& teneatur rem,quam accepiſſet reſtituere creditori, vel creditoribus alijs, qui ipſi ſoluerent ſortem, & expenſas legitimas in pecunia numerata intra annos quinque computandos a die,qua dictus creditor rem ipſam habuiſſet, quo quinquennio elapſo alij creditores in prædictis nullatenus audiantur.

Declarato quòd durante quinquennio quilibet creditorum ſoluendo ratam

ratam vt ſupra poſſit participare in re, etiam ſi iam eſſet recuperata ab aliquo alio ex creditoribus, & inter ipſos intelligatur rata ſecundum, quantitates, quas habere deberent.

Et quando creditor vt ſupra ſortem ſuam duntaxat, & legitimas expenſas recepiſſet in bonis immobilibus, nec eſſet in bonis debitoris vnde poſſet alijs creditoribus ſatisfieri, teneatur dictam rem tradere alij creditori, ſeu creditoribus, qui ſoluerent ipſi ſortẽ, & expenſas vt ſupra, & magis duodecim pro centanario quantitatis, pro qua dicta res immobilis fuiſſet in ſolutum data, & hoc ſi creditor volens vt ſupra ſol uere erit in dominio, intra menſes ſex à die dictæ dationis inſolutum, ſi verò erit extra dominium intra menſes decem octo, à dicta die, niſi tali caſu facta oblatione de dicta ſorte, expenſis, & duodecim pro centenario, ille cui res vt ſupra in ſolutum data fuiſſet, vellet ſoluere, & cum effectu ſolueret dicta duodecim pro centenario, & pro tanto pluri rem ipſam pro ſe retineret.

Declarato ſimiliter, quòd durantibus temporibus reſpectiuè ſupraſcriptis, poſſit quilibet creditor participare in dicta recuperatione ſoluendo intra tempus ad ratam vt ſupra, etiam ſi res iam ab aliquo ex creditoribus eſſet recuperata.

Quæ quidem duodecim pro centenario in vtroque caſu cedant, & cedere debeant in ſolutionem, & ad beneficium aliorum creditorum, ſecundum potioritatem ipſorum, & ad ratam crediti eorum, comprehenſo etiam ipſo ſoluente.

Et prædicta omnia habeant etiam locum in creditore hypothecario quando prior hypothecarius creditor ſolutionem accepiſſet, & ſequẽs ſolueret vt ſupra; ſed inter ipſos hypothecarios procedatur ſecundum potioritatem, & iura eorum, & non ad ratam.

Illi verò, qui vt ſupra reſpectiuè bona debitoris recuperauerint ſuccedant pro ea ſumma, quam ſoluerint tantum iuribus, & hypothecis creditoris, qui ſolutionem in re conſecutus fuiſſet.

Si quis rem aliquam immobilem emerit à debitore exinde facto non ſoluendo vt ſupra, & creditor non hypothecarius intrà annum vnum à die venditionis, & non vltra vellet ſoluere emptori pretium, quod emptor ſoluiſſet, & expenſas ripæ, cenſariæ, & alias, quas feciſſet, teneatur dictus emptor rem ipſam reſtituere, habito pretio, & expenſis vt ſupra, niſi vellet cum effectu ſupplere iuſtum pretium dictæ rei, arbitrio æſtimatorum, quo caſu rem ſibi retinere poſſit ſupplendo dictum pretium.

Et ille, qui voluerit redimere, ſeu habere vt ſupra bona contenta in æſtimo, ſiue in datione inſolutum teneatur etiam reficere impenſas vtiles, & neceſſarias tali creditori.

Solutiones factæ bona fide per quemcunq; ſiue in pecunia numerata ſiue in bancis, ſeu cartularijs, vel per dationem in ſolutum de mercibus ſeu de nominibus debitorum, creditoribus ſuis, & re vera habere debẽtibus, etiam quòd habeant poſteriora, vel minus potentia iura, ſiue reſpectu temporis, ſiue priuilegij, ſiue hypothecæ, firmę, & ſtabiles ſint, ac eſſe, & permanere debeant, neque poſſint reuocari, neque dictæ pecu-

niæ,

niæ,credita,merces, & nomina debitorum vt ſupra in ſolutum data ad uocari per aliquem,ſeu aliquos alios creditores dicti debitoris vt ſupra ſoluentis,vel in ſolutum dantis,etiam quòd eſſent potiores, anteriores vel magis priuilegiati ratione temporis priuilegij,vel hypothecæ in bonis dicti debitoris,illis, qui dictam ſolutionem,ſeu dationem in ſolutũ recepiſſent ſaluo tamen iure quibuſcunque creditoribus in alijs bonis dicti debitoris,vel quę fuiſſent ſua,aut ſibi obligata,vt eis de iure competit,ac firmis etiam manentibus ſupra diſpoſitis,& ordinatis.

Per prædicta tamen nullum fiat præiudicium creditoribus hypothecarijs quominus poſſint aduocare dictam rem,tàm ab emptore,quam à dictis creditoribus non hypothecarijs,ſecundum diſpoſitionem iuris.

De donationibus in fraudem creditorum factis. Cap. VIII.

DOnationes factæ per debitorem intra annos decem ante contractum debitum retro numerandos patri, matri, fratribus filijs, nepoti ex filijs,ſeu fratribus,ſeu ſororibus,vxori durante matrimonio præſumantur facta in fraudem creditorũ,& ſi non aderunt alia bona expedita,in quibus poſſint creditores ſolutionem conſequi,magiſtratus teneantur, & debeant ita eas pręſumere,& audire creditores prędictos,illiſque ius reddere,non obſtante dicta donatione,quæ nulla,& prorſus inanis habeatur,ac ſi nunquam facta fuiſſet.

De fideiuſſore in iudicio præſtito,ſeu moleſtato. Cap. IX.

SI fideiuſſor,vel quicunq; pro alio ſe ſe obligauerit, & de cõſenſu illius fuerit in iudicio moleſtatus concedatur licentia expedita dicto fideiuſſori,contra principalem debitorem, ad hoc vt conſeruet ſine damno ipſum fideiuſſorem.

Si fideiuſſor duntaxat fuiſſet moleſtatus in iudicio, principalis eum conſeruare debeat per pręſtationem fideiuſſionis idoneę,alias carceretur; & ſi fideiuſſor fuiſſet detentus ipſum liberari faciat: ſi verò ſoluiſſet sũmam, pro qua fideiuſſiſſet quod reſtituat; & hæc vltra expenſas, damna,& intereſſe.

Obligatio fideiuſſorum præſtandorum in iudicijs duret per annos quinque à die præſtitæ fideiuſsionis,& trãſactis dictis annis quinque finiat: duret tamen ſi intrà dictos annos quinq; incępta fuiſſet cauſa contra fideiuſſores: & hoc ad beneficium eorum, qui cauſam mouiſſent, & ea durante ſi quinquẽnium finiret(ſaluo ſemper quòd ſi per ſtatuta fuiſſet in certa ſpecie fideiuſſionum appoſitus terminus longior vel breuior) intelligatur durare per dictum terminum appoſitum, & ſaluo ꝙ fideiuſſio iudicio ſiſti,duret ſecundum eius naturam cum inſtantia.

Iudices aduerſus dictos fideiuſſores ſint etiam illi magiſtratus reſpectiuè; in quorum actis fideiuſſores promiſſerũt,etiam ſi alioqui eſſent iudices incompetentes:qui magiſtratus procedere poſſint,& debeant ſecundũ naturam illius cauſæ, in qua præſtiti fuerunt fideiuſſores, & in dictis

fide-

Donationes ʒ an hoc statutũ habeat locũ in illis, quę fiunt ob aliquam causã. Gratian. cap. 42. n.º 17. 24. Donationes ob causam qui sint Surd. decis. 190. n.º 10. et 218. n.º 18. Oriciol. alleg. 39. n.º 9. et seqq. Sabriel. cons. 3. n.º 3. lib. 1. Puteus decis. n.º 253. vid. Afflictus. Sup. controv. 96. 303. n.º 3. lib. 1. Barbos. in verbo Donatio n.º 1. Mascard. de Statut. inter. pret. conclus. 5. n.º 10. et 11. vid. Andreas donat. in princip. à n.º 192. ubi controv. 55. n.º 12. et 13 cum seqq. et n.º 16. 17, et controv. 155. per tot., ubi loquitur de donat. contemplatione matrimonij plenè, et subtiliter.

Amplia neque comprehendi donationem causa mortis Bald. cons. 331. in princip. Idem Barbos. n.º 5. 1. Riminald. in Tract. de donat. in princip. n.º 251, et 696. cum seqq. ubi distinguit, et n.º 1015. vid. text. in l. 1. ff. de donat. Bart. in l. filius famil. ff. eodem.

Non comprehenditur donatio facta à Patre Filio contemplatione matrimonij qr. hęc dicitur ob causam, Roland. cons. 30. n.º 13. et 15. lib. 5. Mascard. de Stat. Interpret. conclus. 4. n.º 10. et 11, ubi quod neq. comprehenditur donatio reciproca.

fideiussionibus repetendis non soluatur aliqua gabella.

Iurisperiti, & causidici non possint fideiubere, nec intercedere in causis, quas patrocinantur;& notarij non possint fideiubere neque intercedere in causis, quæ in eorum actis vertuntur; & si fieret intercessio, vel fideiussio per præfatos, seu aliquem prædictorum sit nulla,& nullius roboris, ac habeatur pro non facta:& qui fideiussissent, teneantur ad expensas erga partem aduersam si propterea processus annullaretur.

De saluiscoductibus. Cap. X.

SAluïconductus generales, qui concedi solent debitoribus, non fiant, nec concedantur per aliquem, nisi per Senatum solùm, & antequam concedantur fieri debeat proclama palàm,& alta voce, ac verbis expressis, & non clandestinè in ciuitate Genuæ,in foro mercatorio, per tres vices tribus diebus continuis iuridicis in mane,in quibus assignetur tempus saltem trium dierum ad opponendum saluoconductui requisito: & si petens saluumconductum habitaret extra ciuitatem Genuæ, fiant etiam similia proclamata vbi consueuerunt fieri proclamata curiæ loci habitationis,& seruatis prædictis non concedatur saluusconductus nisi per annum,& cum contrabanno dierum octo.

Excludantur tamen omnes illi,qui intrà triduum, vel ante, aut post ante concessionem saluiconductus opposuissent; & oppositiones scribi debeant in Cancellaria in libro iuxtà ordinem Senatus, & durent per menses sex à die ipsius oppositionis factæ: quibus sex mensibus transactis habeantur pro non factis,nisi denuò factæ forent intra tempora prædicta.

Declarato quòd respectu pauperum,& miserabilium personarum,& præcipuè incolarum,pagorum,& terrarum dominij,possit concedi saluusconductus etiam absq; proclamatibus, sed duntaxat in vna seu pluribus vicibus vsq; in menses sex tantum cuilibet debitori;aliter verò cõcessus sit nullus,& inualidus tanquam obreptitius,& subreptitius.

Quicunq; à locis,seu partibus extra dominium existentibus conduxerint ad ciuitatem Genuæ frumentum,legumina,vel vinum; dummodo conducat vas nauigabile oneratum saltem pro duabus tertijs partibus prædictis rebus,& frumentum, seu legumina ascendant ad minas centum,seu vinum ad metretas sexaginta,& cum vase ipso venerint à loco onerationis habeant saluumconductum personalem, & pro dictis rebus, & earum pretio per annum vnum à die appulsus cum contrabamno mensium trium.

Declaratio an deferentes prædicta obseruauerint,quæ debebant: & ideò frui debeant saluoconductu,nec ne,spectet ad Senatum,& fieri debeat sub iudicio calculorum; & nihilominus tempus dicti saluiconductus incipiat à die appulsus, etiam si declaratio fieret postea.

Declarato quòd si deferens vt supra accederet cum nauigio ad aliquem locum dominij veniendo recta via,non possit in persona,neq; in dictis bonis molestari.

Item

Idem saluusconductus vt supra concessus conducentibus frumentum, seu legumina, vel vinum, intelligatur etiam concessus, & concedatur nauibus, nauigijs, & vasis nauigabilibus conducentibus dictum frumentũ, legumina, vel vinum vt supra, & patrono, nautis, & alijs stipendiatis eorum, & mercibus, & nautis eiusdem viagij, & alijs rebus existentibus tunc in dictis vasibus.

In saluisconductibus non intelligantur comprehensa debita gabellis, nec debita Reipublicæ, neq; comperis sancti Georgij, nec debita pro setis, & lanis datis ad manifacturandum, neq; debita stipendiorum nauium nisi expresse dicatur.

Omnes saluiconductus durent duntaxat per tempus in eis appositũ absq; aliquo tempore contrabanni, etiam si non esset contrabannatus.

Contrabanna, seu notificationes eorum, exequantur personaliter, nisi per Senatum aliter fuerit ordinatum.

Durante saluoconductu generali vel frumenti, vel vini non possit alius saluusconductus impetrari, & impetratus non valeat.

Syndicus vnus pro qualibet communitate dominij, ad ciuitatem pro negotijs dictæ communitatis, de quo constet per scripturam publicam, habeat saluumconductum personalem pro debitis ciuilibus per quindecim dies, & per tempus longius vsq; in menses tres si habuerit fidem Senatus, vel alicuius ex magistratibus dependentia alicuius litis vel negotij pro communitate.

Saluiconductus pro debitis, qui conceduntur ratione indulgẽtiarum, seu festiuitatum, vt sunt indulgentiæ sancti Ioannis Baptistæ, suffragij pauperum, & hospitalium concedantur per Senatum per tempus quod ei videbitur vsq; in dies quindecim pro quolibet.

Saluiconductus pro causis criminalibus, qui cõceduntur illis, qui denuo inquiruntur ad effectum, vt se constituant in fortijs iustitiæ pro eo, pro quo denuò inquiruntur, concedantur per Senatum solum etiam quòd essent banniti ex quacunq; causa, nulla exclusa.

Alij verò saluiconductus pro bannitis, non posint concedi nisi per eos, qui potestatem habent huiusmodi bannitos respectiuè remittendi.

Declarato tamẽ, quòd duo Collegia possint ex aliqua iusta causa eorum iudicio concedere bannitis illis, qui ab ipsis remitti non possunt saluumconductum in vna, seu pluribus vicibus per menses sex tantũ, exclusis rebellibus, & damnatis pro crimine lesæ maiestatis diuinæ, & humanæ, quibus non posint dictum saluumconductum concedere, nisi pro causa publica, & ardua eorum arbitrio, pro tempore prædicto tantum, concurrentibus saltem quattuor ex quinque partibus suffragiorum.

Ceteri omnes saluiconductus concedantur per Senatum solùm, & declaratio an quis frui posit aliquo saluoconductu spectet ad Senatum, posint tamen Dux, & duo Gubernatores in palatio commorantes quando Senatus non est congregatus relaxari facere detentos contra formam saluiconductus, si eis videbitur.

De

De petente debitum solutum. Cap. XI.

SI quis coràm aliquo magistratu, aut delegato, vel arbitro, vel arbitratore siue suo, siue alieno nomine, siue ex iure sibi cesso, petierit aliquod debitum, de quo ipsemet solutionem recepisset, vel alius de eius voluntate, & scientia, quam intelligatur habere, quando est in loco, vbi debitum exactum fuit, petens ipse cadat ipso iure in pœnam decem pro centenario summæ petitæ, applicatam parti, & ad soluendum eidē damna interesse, & impensas: si verò solutionem summæ, aut rei petitæ consecutus secundo fuerit, cadat in pœnam triginta trium pro centenario applicatam parti, & ad restituendum receptum, & ad soluendū damna, impensas, & interesse, ad quas summas respectiuè tàm petens, quàm fideiussor, aut alius obligatus condemnari debeant, siue petitio sit ordinaria, siue summaria, siue executiua: & intelligatur data petitio, responsione rei secuta.

Declarato quòd principalis, qui exegisset, existens in loco, in quo procurator peteret, possit ante sententiam latam ad euitandas pœnas desistere, dummodo soluat damna impensas, & interesse.

De societatibus, seu rationibus mercatorum. Cap. XII.

SOcij, siue participes societatis, vel rationis, quorum nomen in ea expenditur, teneantur in solidum pro omnibus gestis, & erga omnes, & singulos creditores rationis, siue societatis.

Socij verò, seu participes, quorum nomen non expenditur non intelligantur, nec sint, in aliquo obligati vltra participationem, seu quantitatem, pro qua participant; & nihilominus percipere possint pro eorum rata participationis lucra, & beneficia quantacunque fuerint, etiam si de quauis summa excesserint eorum participationem, nisi aliter inter eos conuentum fuerit, & vbi appositum fuerit tempus per quod durare debeat societas: socij etiam expendentes nomen, qui non administrāt, non teneantur de administratis per alios, elapso tempore statuto, nisi appareat de eorum consensu tacito, vel expresso, quòd procedat etiam respectu loci, seu locorum vbi, seu pro quibus negotiatio, seu societas imposita fuerit.

Socij autem, quibus non spectat administratio, non teneantur reddere rationem alijs socijs, seu participibus de administratis per alios, & in omnem casum primo conueniri debeant, qui administrauerint, nisi aliter inter eos conuentum fuisset.

Creditores huiusmodi societatum siue rationum, siue sint sub nomine vnius tantum, siue plurium, siue in dominio, siue extra, in rebus, & bonis societatum, seu rationum, præferantur quibuscunq; alijs creditoribus sociorum singulorum, vel proprio, vel quouis alio nomine; & in dictis rebus, & bonis dicti creditores intelligātur, & sint potiores, & anteriores tempore, hypotheca, & priuilegio; dictęq; res, & bona intelli-

gantur dictis creditoribus hypothecata speciali pignore cum priuilegio,ita vt præferantur,& præferri debeant dotibus,& alijs quibuscũq; excepto eo,qui rem suam,vel quondam suam prætenderet.

Socij,& alij quicunq;, qui rationes,seu societates administrabunt,teneãtur etiam durante societate ad simplicem requisitionem cuiuslibet sociorum, seu participum,absq; aliqua mora,seu dilatione ostendere, & plenè,ac libere copiam facere semper,& quandocunq; de omnibus libris,& scripturis dictæ societatis,seu rationis.

Quilibet præpositus,institor,& administrator cuiusuis societatis, seu negotiationis in quauis mundi parte;& quicunq; alij,qui aliena negotia administrauerint teneantur restringere, & recuperare omnes libros scartafacia, & alias scripturas spectantes quouismodo dictæ societati,siue uegotiationi,aut administrationi,& de eis copiam facere, & eas deponere in iudicio, siue penès tertiam persónam confidentem partibus, ad simplicem requisitionem cuiusuis ex socijs, seu participibus; & pariter reddere bonam, veram, & legalem rationem pro tempore suæ administrationis;alioquin possit etiam contra eos procedi pro crimine baratariæ, seu de his, qui de ære alieno aliter disponunt quàm Dominus statuit.

Teneantur insuper socij,& qui administrabunt, & alij ad id obligati rationem reddere participibus,siue alijs socijs in ciuitate Genuæ,seu dominio,ciuitate,seu in loco, de quo erant, seu in loco eorum fori competentis de administratis cum reliquatus solutione, non obstãte quòd societas seu ratio fuisset imposita, & administrata extra dominium: & si eam non reddiderint,possit particeps, siue socius rationem petens iurare pro lucris vsq; in centum pro centanario, & eius iuramento stari debeat,& in tantum condemnari pro lucris rationem reddere obligatus,& non reddens;de maiori tamen lucro probationes fieri possint.

Quatenus verò conuentus ad rationem reddendam de administratis extra dominium siue ante, siue post sententiam peteret dilationem pro habendis libris, seu scripturis pro dicta ratione reddenda, magistratus teneatur concedere competentem dilationem secundum distantiam loci.

Declarato quòd si libri,& scripturæ essent in loco,à quo extrahi non possent,debeant transumptari,& exemplari,quod transumptum,& exemplatio legitimè facta faciat fidem sicut originale.

Teneatur tamen qui petit in ciuitate, seu dominio rationem societatis, seu rationis administratæ extrà dominium, prouidere de expensis pro exemplatione librorum,& scripturarum,siue sit facienda quia essent in loco,à quo extrahi non possint,siue quia petens rationem reddi eligeret transumptum,& non originales,& etiam de expensis pro conducendis originalibus,& exemplis; & similiter si originales erunt conducendi,teneantur idoneè cauere de omni casu, & periculo dictorum librorum,& scripturarum.

Quilibet socius de his, de quibus remanserit debitor deductis deducendis, & compensatis compensandis alteri,seu alijs socijs,seu participibus

bus teneatur à die cõtracti debiti, vsq; ad integram satisfactionem ad interesse, absque alia mora, aut excusatione etiam debiti non liquidi, aut alia quauis.

Si finita societate, seu ratione qui administrauit dictam societatem siue rationem, siue socius, siue non, venerit ad ciuitatem, siue ad eum locum vbi fuerint alij socij dictæ societatis, siue rationis, & ibi moratus fuerit per sex annos continuos vbi continuè steterint dicti socij, præsumatur ratio reddita, & reliquatus solutus si dicti socij tacuerint, & dictam redditionem rationis non petierint saltem per interpellationem, aut protestationem iudicialem ipso tamen vel eius hærede iurante rationem fuisse redditam, & solutum reliquatum.

Qui periculo suo, siue (vt aiunt) supra se pro alio, seu computo alterius tractam aliquam fecerit, vel quid solui, aut credi mandauerit vel debitum alicui pro alio dari mandauerit, vel ordinem aliquem obseruari ordinauerit, aut litteras aliquas subscripserit, & pariter qui promiserit, seu fideiusserit de bona administratione alicuius intelligatur, & sit obligatus vt principalis, & in solidum, & agi possit cõtra eum, absq; vlla liquidatione facta contra principalem vel excussione prius facienda de bonis principalis, nec obijci, vel allegari possit aliqua exceptio, vel defensio ex persona ipsius principalis, eo quia esset minor, vel fœmina, vel aliàs quoquo modo inhabilis.

De accomendis, & implicitis. Cap. XIII.

SI quis dederit alicui pecunias, seu res in accomenda, vel pro aliqua implicita pro quauis mundi parte, omnia bona, quę ex dictis pecunijs datis pro accomenda, seu implicita, fuerint acquisita quouis titulo, vel dictæ pecuniæ seu processus prædictarum rerum conuersi fuerint, consignari debeant accomendatarijs, seu socijs dictarum implicitarum, ad hoc vt possint in eis sibi satisfieri pro rata eis contingente de dictis accomendis, seu implicitis: in quibus bonis, siue pecunijs, seu rebus vt supra traditis dicti accomendatarij, & socij implicitarum præferantur, & præferri debeant quibuscunq, creditoribus, quantumcunque anterioribus tempore, siue potioribus quocunque priuilegio, seu hypotheca, etiam comprehensis dotibus, & alijs quibuscunque magis priuilegiatis.

Quæcunque res mobiles acquisitæ per accomendatarium, siue mandatarium implicitæ post pecunias seu res eidem traditas præsumantur acquisitæ de dictis rebus, & pecunijs accomendatis, seu ad implicitam traditis, nisi aliter probetur; saluo quòd si quis in bonis debitoris inuenerit rem suam, vel quondam suam, præferatur prædictis, & ceteris creditoribus etiam anterioribus vt supra, comprehenso etiam creditore pensionum.

Si verò de rebus in societate, accomẽdatione, vel pro implicita commissis, vel ex pecunia illa, emptionem aliquam fecerit, vel super eis fecerit contractum aliquem, accomendator, seu accomendatarius, & parti

cipes implicitæ habeant actionem tàm in rem, quàm in personam cõtra illum, cum quo contraxerit, & possit petere totum debitum, quod sibi attigerit pro quantitate suæ participationis.

Si quis verò cum pecunia, vel rebus alterius iuerit negotiatum, & miserit merces aliquas, magistratus ad requisitionem accomendatarij, seu participis implicitæ teneatur ponere sub interdicto res illas, & eis venditis, pecunias accomendatarijs, & participibus implicitę pro rata dare, habita tamen prius idonea cautione de eis restituendis ad mandatum magistratus, & hoc etiam si quis poterit rationabiliter demonstrare, quòd merces sint suæ, vel de pecunia sua emptæ.

Si quis autem rediens ab aliquo viagio, seu ab aliqua implicita iterùm contraxerit cum eodem pro alio viagio, præsumatur de primo satisfecisse nisi contrarium probetur.

Minor viginti quinq; annis, maior tamen sexdecim, qui accomendationem, seu pecunias aut res pro implicita habuerit, remaneat obligatus, ac si maior esset, nec ipsum conquerentem ratione minoris ætatis audiant magistratus, dum tamen accomendationem, pecunias, seu res capiat cum auctoritate patris, vel aui, vel tutorum, vel curatorum, vel saltem ipsis scientibus, & non contradicentibus.

Si quis habuerit pecunias, seu res in accomendam, vel implicitam, quæ sint plurium personarum in eodem viagio non possit aliquis accomendatariorum, vel participum vti priuilegio temporis nec alios excludere, etiam si esset prior tempore, sed habeant magistratus accomendationes, & implicitas vnius viagij, ac si omnes factæ fuissent eodem momento temporis, sed si aliquis accomendator, vel particeps miserit risico suo proprias pecunias, vel merces ad aliquem, seu cum aliquo, qui exinde ipsi transmittat pecunias vel merces etiam risico vt supra, non teneatur communicare cum alijs, licet in eodem viagio pecuniæ, seu merces aliorum delatæ fuissent.

Et si aliquis post factam alicui accomendationem voluerit ipsam recuperare, vel habere ante completum viagium, liceat ei hoc facere, & magistratus prouideant, vt accomendatio remittatur: ad instantiam partis facta satisfactione de ea parte prouisionum, & impẽsarum, ac damnorum, quæ iudex arbitratus fuerit.

Si per aliquem facta fuerit accomendatio nomine alterius, habeat ille nomine cuius facta fuerit ius, & actionem petendi, & exigendi si eam ratam habere voluerit, & possit conuenire debitorem, perinde ac si cum eo contraxisset.

Qui accommodauerit si tacuerit per sex annos postquam accomendatarius, seu qui receperit palàm, redierit in locum, in quo accomendatio facta fuerat, si tamen ibi præsens erit, qui accomendauit, vel postquam venerit ad locum, vbi accomendator cum familia habitaret, ita vt intra dictos sex annos nulla lamentatio coràm magistratu facta fuerit, non audiatur accomendator, sed præsumatur solutionem, vel satisfactionem factam fuisse, si accomendatarins iurauerit se satisfecisse accomendatori, aut accomendam sine sua culpa perdidisse, vel ipso

mortuo,

mortuo, si eius hæres vel successor iurauerit se credere, quòd accomendatio fuerit plenarie restituta, vel sine dolo, vel fraude illius, qui eam receperat deperdita.

Idem quoq; obseruetur in accomendationibus factis ad certum terminum si accomendator tacuerit per sex annos à finito dicto termino numerandos.

Et hæc procedant si accomendator per dictum tempus non stetisset absens à dicto loco, quia si fuisset absens habeat tempus anni vnius postquam ad locum redijsset, vel plus, si maius tempus ex dictis sex annis restaret.

Accomendatarius de viagio reuersus ad locum, vbi accomendatio facta fuerat teneatur ad requisitionem accomendatoris factam in iudicio, siue extrà, facere, & reddere rationem accomendatoribus infra sex mẽses, postquàm de viagio illo redierit, tàm de capitali, quàm de lucro: quod si non fecerit, magistratus teneantur condemnare accomendatarium, ad restituendum accomendam, & lucrum; de cuius quantitate credatur accomendatori vsq; in quinquaginta pro centanario. de maiori vero lucro liceat facere probationes.

Si verò Comendatarius vellet proficisci extra locum ante sex menses finitos, debeat saltem ante dies quindecim recessus, facere rationem in scriptis tàm de capitali, quàm de lucro, & deponere coràm magistratu, citari faciendo accomendatorem si fuerit præsens, vel procuratorem si quis esset, aut per transmissionem citationis domui, & familiæ; & si habitationem ibi non haberet duos propinquos ex proximioribus, quos ibi haberet.

Si ad terminum, vel viagium statutum quis ceperit pecuniam, seu merces, quas sine iusto dei impedimento tenuerit vltra terminum, siue in alio viagio transmiserit, tàm capitale, quàm lucrum sit saluum super bonis illius, qui accepit, ita vt remaneat de eis debitor, & etiam de lucro, & beneficio ad rationem quantitatis declarandæ per creditorem vsq; ad rationem viginti pro cẽtanario quolibet anno. & sic præsumatur, nisi per debitorem probaretur de minori interesse creditoris, vel per creditorem probaretur de maiori lucro facto per debitorem, pro quibus probandis remaneant hinc inde iura salua.

Declaramus accomendam intelligi de pecunijs mittendis pro emptione mercium, & de mercibus mittendis, ad hoc, vt vendantur, & processus implicetur in alijs mercibus, vel non implicetur, in quibus ille, qui defert, vel de eis habet administrationem particeps est. implicitam verò declaramus emptionem mercium per committentes ordinatam, in quibus ille, qui administrat seu exequitur nõ habet partem, sed solum capit suas prouisiones, dum tamen in prædictis accomendis, & implicitis societas aliqua seu ratio imposita non fuerit; accomendatarius est is, qui de accomendis, seu implicitis exequendis curam habet, accomendator verò qui ordinat, & quicunque qui particeps est in accomendis, seu implicitis.

De compensationibus. *Cap. XIIII.*

SI quis erit,seu remanserit creditor alicuius,vel occasione cambiorum, vel alia quauis,& è contra erit,seu remāserit debitor eiusdem,& hæc siue in diem,siue pure, & tàm pro se ipsis respectiuè,quam pro alijs, siue pro computo aliorum; & aliquis ipsorum creditoris, aut debitoris efficiatur non soluendo, qui sic debitor,& creditor remanserit, præferatur omnibus in compensatione,& retentione pro concurrenti quantitate; teneatur tamen quando esset creditor non solùm pro se, sed pro computo alterius, seu aliorum distribuere ad ratam omne id, quod compensasset,seu retinuisset.

Verùm si in litteris cambij,appocis,aut alijs scripturis peruentis ad notitiam partis tempore contractus,vel negotiationis, aut saltem ante ruptura per dies quindecim appareret cui,vel quibus pecuniæ, siue processus mercium,vel aliarum rerum spectarent; & ita etiam fuisset scriptum, & annotatum in libro illius, qui dictam assignationem fecisset, vel dictum esset de cōsensu partium,quòd pecuniæ,seu pretium ipsum deberet solui alicui alij, dictis casibus,& quolibet eorum, ius, & facultas exigendi,compensandi,& retinendi competat primò illi, ad cuius fauorem fuisset eo modo declaratum.

Quæ quidem locum habeant, quando inter prædictos potest esse locus compensationi: nam alioqui ius, & actio exigendi competat illi, cui verè pecuniæ datæ cambio, seu merces,aut bona spectabant, non obstante quòd non esset nominatus in litteris cambij,seu appoca, vel cōtractu venditionis,seu alienationis mercium,aut bonorum, postquam nomina talium debitorum erant,seu stabant eius risico,& periculo.

Verùm quia prædicta comprehendunt etiam creditorem in diem,qui voluerit sicut supra compensare,vel retinere,teneatur deducere, seu reficere beneficia,seu lucra,vel interesse ad ratam temporis,& quantitatis ad rationem cambiorum realium.

Si quis vt puta Babilanus dederit Neapolioni aliquam quantitatem pecuniarum ad cambium, & creditum dicti cambij spectaret Andaloni, & non Bricio,cui directa fuisset remissa, & Andalo cui spectaret creditum fieret non soluendo ante acceptationem,& solutionem,Bricius nō possit remissam exigere; possit tamen, & teneatur protestationem facere,& exactio spectet Babilano,qui si remansisset creditor siue pro se, siue pro computo aliorum dicti Andalonis,possit retinere, & compensare vt supra pro concurrenti quantitate: si verò non esset creditor, & pro residuo retenti, & compensati exactio spectet creditoribus Andalonis, seu eorum deputatis: & nihilominus si in litteris cambij fuisset expressum,quòd dicta remissa spectat Andaloni, possit Neapolio si esset creditor dicti Andalonis,ante omnes retinere,& compensare vt supra per concurrenti quantitate eius, de quo esset creditor siue pro se, siue pro computo aliorum,ita tamen quòd teneatur repartiri, & distribuere ad ratam vt supra; sed si dictus Neapolio non esset creditor Andalonis,

dalonis, tunc exactio, & compensatio competat Babilano in omnibus vt supra dictum fuit.

Qui voluerit cambia, seu tractas sibi factas soluere supra protestum, adhoc vt retineat obligatum eum, qui traxit, seu qui mandauit pecunias, seu cambium solui, teneatur in illis locis, in quibus solutiones cambiorum habent sua tempora præfixa, facere declarationem in actis notarij coràm testibus infra horas viginti quattuor, post præsentationem litterarum cambij, sicuti acceptat talem tractam supra protestum, cui declarationi interueniat ille, qui litteras pręsentasset, & sic in actis eiusdẽ protestationis constare debeat, alioquin intelligatur acceptasse dictã tractam liberè, & habeatur perinde ac si protestatio aliqua facta non fuisset, non obstante alia quauis iustificatione, quæ forsan facta reperiretur super ipsis litteris, vel aliter; & vltra prædicta teneatur etiam in solutione denuò protestari modo prædicto, alioquin intelligatur acceptasse, & soluisse liberè non obstante prima protestatione, & quacunque iustificatione vt supra dictum fuit; & si solutio esset facienda sibi ipsi debeat fieri tempore debito, aliter non seruiat ad retinendum obligatum trahentẽ. in ferijs autem ordinarijs, in quibus est limitatus terminus acceptationum, sufficiat, quoad dictum effectum retinendi obligatum trahentem, facere protestationem, cum interuentu pręsentantis litteras, & in omnibus vt supra in acceptationibus ordinarijs dictarum feriarum. & quando tracta, & remissa est facta vni soli, seu sibi ipsi loco interuentus præsentantis litteras, teneatur volens soluere super protestum, notam facere de eo apud publicum notarium, interuenientibus duobus testibus; alioquin tracta intelligatur, & sit acceptata, & soluta libere, & absque retentione obligationis trahentis.

Prætereà volens soluere super protestum, & retinere obligatum trahentem vt supra, teneatur vltra prædicta debitum mittere seu trahere apto & solito tempore soluẽdum illi, qui tractam fecisset ad eundem locum, à quo tracta processisset; alioquin protestatio etiam legitimè facta intelligatur nulla, & solutio habeatur liberè facta, saluo iusto impedimento, & saluo quòd si ille, qui fecisset tractam, dedisset aliquem ordinem, possit ille ordo seruari, & sufficiat eum fuisse seruatum.

Sed si tale debitum, seu tracta veniret è loco, pro quo non esset solitum in loco solutionis cambiari, vel tunc non reperiretur, qui vellet cambio dare, possit sic soluens dictis casibus, & eorum quolibet, sibi prouidere ex loco propinquiori illi, vnde processisset tracta, pro quo reperiretur, dummodo constet saltem per relationem duorum censariorum cum iuramento si aderunt, aliàs duorum mercatorum etiam cum iuramento non fuisse repertum cambium seu non potuisse cambiari pretijs ordinarijs, siue conuenientibus pro dicto loco, à quo processerat tracta: & tali casu teneatur de ea notitiam dare illi, qui tractam fecisset, seu litteras scripsisset: & quatenùs sicut supra soluens prædicta non obseruaret, protestatio etiam vt supra facta sit nulla, & solutio intelligatur liberè facta.

Si tracta soluenda erit super protestu, actio soluendi competat primo lo

co illi qui debet cambium recipere, deinde illi, cui facta est tracta; non posit tamen recipere debens cambium, excludere debentem soluere, postquàm consensisset acceptationi super protestum factæ per eum, cui facta esset tracta: & si nollet consẽtire dictæ acceptationi super protestu, habeatur ac si ipsemet acceptasset super protestu; & teneatur soluere: si verò alter ipsorum, vel quicunque alius vellet soluere super protestatu, alter verò liberè, pręferatur ille, qui liberè soluere vellet.

Et si quis faceret tractas, & daret ordinem, quòd suę pecunię siue effectus seruirent pro dictis tractis, teneatur ille, qui recipiet, & acceptabit litteras, ordinem illum obseruare, etiam si acceptasset litteras super protestu, nec possit pecunias, & effectus prædictos seruiri facere ad alias causas, vel in alium vsum, nisi iuxtà dictum ordinem; dum tamen non venisset prius notitia de ruptura, vt inferius dicetur: idem quoque seruari debeat quando eidem factæ fuerint tractæ, & remissæ.

Prætendentes retinuisse obligationem illius, qui traxisset debitum, seu tractam fecisset pro computo alterius cum facultate sibi prouidendi ex quouis loco, & persona, cum ordine, quòd possit retinere obligationem teneantur de tali intentione, & voluntate sua, ac retentione obligationis, facere declarationem in actis notarij publici, & illud etiam significare illi, cuius obligationem retinere intendunt. sed quia difficile esset huiusmodi significationem seu notitiam ostendere, sufficiat pro plena probatione iuramentum illius, qui debebat eam dare, iurantis eam dedisse, nisi contrarium probaretur.

Nemo possit in aliquo loco soluere aliquam partitam, vel aliquod debitũ pro computo cuiusuis post habitam notitiam, & seu post publicam vocem, & famam in eo loco, ad quem fuerit tale debitum directum, quod ille qui misit debitum, seu cui spectat tracta, esset, seu remansisset ruptus, saluo nisi prius realiter, & bona fide talis partita fuisset iam acceptata ante dictam notitiam, seu famam, quo casu solutio possit fieri modo, quo fuit acceptata, aliter & secus faciendo, solutio ipsa cedat damno, & interesse soluentis, & non in præiudicium alicuius, qui posset prætendere interesse ratione solutionis, quæ fieret contra prohibitionem prædictam.

Quando aliquis pro honore litterarum soluit super protestu tractam aliquam, quæ ipsi directa non sit, dummodo obseruet ea, quæ ordinata fuerunt circa solutiones super protestu, habeat obligatum illum, qui litteras, seu tractam fecit, nisi per aliquem mercatorem, qui haberet mandatum inhibendi, seu protestandi, vt supra fuisset facta oppositio, intimatio, seu protestatio, ne fieret solutio talis tractæ, seu debiti; quia tali casu soluens non possit habere ius, nec regressum contra eum, qui tractam, seu tractas fecit.

Si antequam haberetur certa notitia de decoctione, seu ruptura alicuius, fierent protestationes cõtra eius litteras, & seu (vt aiunt) currerent protestationes, & aliquis vellet soluere tractam, seu debitum illius siue liberè, siue super protestu, teneatur volens soluere in primis, & ante oĩa acceptare, & soluere tractas sibi directas æquis portionibus, seu ad ratam

tam pro concurrenti quantitate crediti existentis penès ipsum, siue ad eius dispositionem, respectu tractarum sibi factarum sibi factarum ab illo, à quo haberet ordinem pro solutione, nisi aliter per eum, ad quem spectarent tractæ, siue qui eas fecisset ordinatum, seu mandatum esset: & qui soluerit aliter, non solutis prius tractis sibi directis vt supra, teneatur soluere, & remaneat obligatus habentibus interesse summas, seu tractas, quæ sibi fuissent directæ pro concurrenti quantitate crediti, seu effectuum, qui essent penès ipsum, seu ad eius dispositionem tempore dictarum tractarum æquis portionibus, vel pro vt fuisset ordinatũ per illum, qui tractas fecisset.

Si quis mercator efficiatur nõ soluẽdo in aliqua mũdi parte, siue societas in quauis feria, seu termino solutionũ, qui iàm cepisset soluere, & exigere, seu cõtraponere vel (vt aiunt) scontrare per dies tres ad minus, vel vbi breuiori tẽpore durant solutiones per totũ tẽpus, eo casu quicquid iam fuisset, vt supra cũ quouis cõtrapositũ, seu scontratum, sit firmum, & validum: & similiter partitæ, quas debebat sibi soluere, & à se ipso exigere, habeantur pro solutis, & exactis legitimè, perinde, ac si nulla fuisset secuta ruptura. Declarato tamen ꝙ respectu locorũ in quibus solutiones fieri solent in bancis quantũ ad partitas inter tertios non censeantur solutæ, nisi fuerint in bancis scriptæ; quantum verò ad partitas soluendas sibi ipsi seruari debeat in omnibus vt supra dictũ fuit.

Si quis mandaret alicui in aliqua mundi parte, seu mandatum, aut ordinẽ daret de emendis mercibus, vel alijs rebus mobilibus, & non solueret, seu solui non fecisset consteum, vel pretium, ita vt qui emisset remaneret creditor de dicto pretio, seu aliqua eius parte, ipse qui emisset, & pretiũ soluisset, sit, & esse debeat in dictis mercibus, & rebus potior, & anterior quibuscunque creditoribus mandãtis, seu ordinantis, comprehensis etiam dotibus, & nemine excluso, vbicunque dictę merces, & res reperiantur, & penès quemuis; dum tamen per actum, & modum verũ validum, & legalem non mutauerint dominium: sed si venditor dictarũ mercium, seu rerum nondũ fuisset satisfactus de toto pretio, seu parte, donec dictæ merces, & res non peruenerint in mandantem, seu committentem, aut alium pro eo in terra ad locum, ad quẽ deberent deferri, præferatur, & præferri debeat dictus venditor ceteris omnibus creditoribus vt supra, mandatario & emptore etiam comprehensis.

Si quis merces, aut alias res mobiles per ipsum emptas transmitteret cuiuis ad aliquem locum, pro computo suo proprio, & venditor remaneret adhuc creditor pro eorum pretio, seu parte, habeat ad eas regressum, & præferatur ceteris omnibus, vt supra dictum fuit, non solum ante consignationem, verum etiam post ipsam factam, donec dominium non mutauerint vt supra dictum fuit.

Declarato tamẽ ꝙ post consignationẽ factẽ, si recipiẽs esset creditor emptoris, seu mittẽtis, dictus recipiẽs habere debẽs ꝑferatur quibuscunq; vt supra, etiã venditori ipsi, & post eum dictus vẽditor saluis prædictis.

Si merces, res, cambia, credita, aut aliquid aliud fuerit transmissum alicui, per aliquem, siue suo nomine simpliciter, siue ex parte, & mittentes

effici-

efficeretur ruptus, mandatarius pro eo, de quo vere fuerit creditor mittents, posſit retinere, & compenſare pro concurrenti quantitate, non obſtante quòd dictę res, & alia ſpectarent alijs, & non mittenti: quatenùs verò ille, ad quem ſpectarent efficeretur ruptus, mittens poſsit pro eo, de quo temaneret creditor dicti rupti compenſare pro concurrenti quantitate, non obſtante quòd eorum poſſeſsio eſſet translata in mandatarium, & ſic vt ſupra reſpectiuè præferantur in dictis mercibus, & alijs, & etiam in eorum proceſſu, & in debitoribus ab eis cauſatis.

Dans mandatum, vel ordinem occaſione aliquarum mercium, ſeu rerum mobilium, aut faciens appocam onerationis dictarum mercium vel rerum, ad hoc, vt de eis ſeruetur voluntas alicuius, ſeu de eis fiat conſignatio alicui in quouis loco, poſsit non obſtante quod datum, fuerit mandatum, ſeu ordo vel facta appoca, variare mandatum ordinem, & appocam; dummodo id faciat antequam res, & merces ipſæ fuerint exoneratæ in terram nomine mandatarij, ſiue de eis facta fuerit manifeſtati in dugana, ſeu cabellis nomine dicti mandatarij; quæ habeant etiam locum in mandatis, & ordibus pecuniarum, & remiſſarum, dummodo, mutatio, & variatio fiat tẽpore congruo, & antequam mandatarius ſuſceperit aliquam obligationem, ſeu onus ſub ſpe exigendi dictas pecunias, ſeu remiſſas; & hæc intelligantur ſine præiudicio iurium illius, ad cuius commodum fuiſſet datum primùm mãdatum, ſeu datus ordo primo loco, vel appoca onerationis facta contra eum, qui ſic variaſſet, ſeu mutaſſet, & pariter ſine prçiudicio iurium illius, cui fuerat datus talis ordo primo loco, ſeu mãdatum pro ſua cautione.

Si quis vt puta Paganus ex aliquo loco remittat Brancaleoni in alium locum ſummam pecuniarum, pro computo ipſius Brancaleonis, per litteras Ibleti trahentis dictam ſummam in Bendinello; & dictæ litteræ fuerint debitis loco, & tempore iuxtà morem locorum acceptatæ per Bendinellum, & ante tempus ſolutionis, Brancaleo efficeretur ruptus, & tàm Paganus, quàm Bendinellus eſſent creditores dicti Brancaleonis, Bendinellns præferatur in retinendo, & compenſando pro concurrenti quantitate, niſi Ibletus eſſet creditor eiuſdemmet remiſſæ, ſeu cambij, ſiue quia fortè fuiſſet factum cambium duplex, & non fuiſſet completum, & ſolutum debitum tractum, ſeu miſſum contra creditum dicti cambij, ſiue quia non potuiſſet dictus Ibletus exigere id, quod fuiſſet aſsignatum pro ſatisfactioue dicti cambij, ſeu remiſſæ, quia dictis caſibus, & quolibet eorum ius exigendi competat primo loco dicto Ibleto; exinde verò ius compenſandi, & exigendi competat creditoribus, ſeu deputatis dicti Brancaleonis, vbi verò creditum, ſeu remiſſa non ſpectaret in effectu dicto Brancaleoni, ſed aletri, vt puta Ingoni, exactio tunc non dictis creditoribus, ſeu deputatis, ſed dicto Ingoni ſpectet, qui ſi efficeretur ruptus, & dictus Brancaleo eſſet eius creditor, ius, & actio exigendi, & compenſandi pro concurrenti quantitate ſpectet dicto Brancaleoni.

Si vnus habet, vel expendit nomen in pluribus locis, ſiue in ſocietatibus,

aut

aut rationibus cum alijs,siue separatim sub suo nomine,etiam quod in eius negotijs,seu tempore rationis haberet alios participes, & contingat quòd ipse,vel aliqua ex societatibus, in quibus eius nomen expenditur,vel omnes ipsi efficiantur non soluendo,& remanserit debitor alicui,qui sit debitor alicuius ex societatibus,seu rationibus,in quibus ille nomen habet, non possit dictus creditor, & debitor respectiuè vt supra compensare,neque vti aliqua retentione in præiudicium illius nominis,seu societatis,cuius esset debitor, nisi prius fuerit satisfactũ omnibus creditoribus dictæ societatis,seu nominis,& de omni eo, de quo factus non soluendo remansisset debitor: quibus satisfactis liceat ipsi compensare,& retinere pro concurrenti quantitate,& pro rata tantum spectante suo debitori in dicta societate, seu nomine; non tamen propter hoc impediatur quin contra eum procedi possit executiuè secundum formam statutorum.

In illis casibus, in quibus facultas,seu ius retinendi,vel compensandi cõpetit alicui societati, siue omnibus socijs,competat etiam cuiuis sociorum,seu participium pro rata suæ participationis.

Si quis, vt puta Acellinus ex vno loco remissam fecerit Ansaldo in aliũ locum pro computo Carrotij,& similiter fecerit eidem Ansaldo tractã pro Cattaneo; & de prædictis ipse Acellinus fecerit notam, seu scripturam in libris suis, etiam si scripserit tàm dicto Carrotio, quàm dicto Cattaneo, & contingat quòd dictus Acellinus efficiatur ruptus, antequam cesserit dies solutionis: & tempore maturationis debiti fuerit publica notitia de dicta ruptura, tali casu cambium sit nullum, & actiones,seu computa dictorum Cattanei, & Carrotij cum dicto Acellino restent,pro vt erant ante dictum cambium;neque dicto Cattaneo competat aliqua actio contra ipsum Carrotium, non obstante quòd Acellinus fecisset tractam, & remissam modo prædicto, tempore quo id facere poterat. verùm si litteræ fuerint debito tempore traditæ, & in termino solutionum non fuerit publicè habita notitia de ruptura Acellini, intelligatur cambium seu tracta, & remissa suum sortiri effectum,non obstante quòd postmodum detegeretur talis ruptura Acellini:idem quoq; dispositum censeatur quando litteræ fuerint acceptatæ ante habitam notitiam publicè de ruptura dicti Acellini.

De cambijs. Cap. XV.

SI cambium aliquod esset soluendum,& non acceptaretur, vel non solueretur,teneatur creditor,seu ille, cui cambium soluendum esset protestari intrà dies triginta à die solutionis faciẽdæ, aliter remaneat obligatus pro ipso cambio, & pro interessibus vsq; ad integram solutionẽ, etiam si ille, qui soluere debebat non teneretur; & habeat locum præsens dispositio etiam in cambijs factis extrà dominium, & in cambijs inter Genuenses, & extraneos.

Prohibitum sit cuicunque protestari litteras cambij, nisi prius mandato magistratus factum fuerit præceptum illi, qui soluere debet quatenùs

intrà

intrà horas viginti quattuor soluere debeat,& ipsis horis trāsactis possint fieri protestationes ;& huiusmodi præcepta exequantur personaliter, & eis non repertis, exequantur ad domum,& respectu non habētium domos, exequantur Genuæ ad vnam ex columnis bancorum, & alibi ad locum solitum, & non retardetur protestatio etiam si verbo, vel scripto fieret aliqua responsio,,& exceptio,sed omnis responsio, & exceptio habeatur pro reiecta,nisi fieret vera solutio,vel satisfactio in contentamento debentis recipere cambium.

Salua semper dispositione legum,feriarum, & ordinum, ac decretorum, seu constitutionum super cambijs factarum,& faciendarum,quibus in aliquo non sit derogatum.

De iactu, & forma in eo tenenda. Cap. XVI.

PAtronus,siue prçfectus cuiusuis nauigij, eligens ob aduersam tempestatem,seu aliam iustam causam, facere, iactum pro saluatione nauigij, & eius inuentarij, & hominum, & mercium,teneatur ante iactum alicuius rei facere consultam cum omnibus officialibus nauigij,& mercatoribus in eo existentibus; & si duæ tertiæ partes prædictorum concurrerint in faciendo iactu pro dicta saluatione, eligantur eo casu tres consules,quorum duo sint ex dictis officialibus,& vnus ex dictis mercatoribus,& non existentibus mercatoribus, duo sint ex officialibus proræ, & vnus ex officialibus puppis;qui tres consules auctoritatem habeant proijciendi in mare quid eis necessarium videbitur pro residui saluatione.

Quicquid per consultam,de qua supra deliberatum fuerit;& quicquid de ordine dictorum consulum iactum fuerit,scribi,& annotari debeat per scribam nauigij in suo libro, in præsentia dictorum consulum cum eorum subscriptionibus,si scribere scirent.

Omnia iacta (seruatis solemnitatibus prædictis) seu eorundem iactorum valor cedat damno; diuidiq; debeat secundum æs, & libram inter nauigium, naula, merces, & omnes alias res existentes in dicto nauigio tempore iactus, comprehensis pecunijs,auro,argento,iocalibus,seruis maribus,& fœminis,equis, & alijs animalibus existentibus in nauigio de transitu.

Secuto iactu, non liceat patrono, seu prçfecto nauigij, neque alicui pro eo onerare in dicto viagio aliquid in quouis loco (seu scala) nisi tantummodo victualia pro vsu, & necessitate nauigij, merces subtiles, & capsias passagerirorum, nisi quando iactus factus fuisset antequam nauigium recessisset ab oneratorio,seu à portu,in quo onerasset: quo casu liceat nauigium in totum onerare ; seu nisi nauigium siue eundo, siue redeundo deberet exonerare aliquas merces in aliquo loco;quia tunc liceat in loco exonerationis onerare tantum, quantum fuerit exoneratum:non tamen possit onerari loco iactus facti,& si patronus oneraret, vel onerari faceret aliquid loco iactus,teneatur ad satisfaciendum omne damnum in casu noui iactus; & naula oneratorum, vt supra spe-

ctent pro tertia parte aſſecuratoribus, & pro reſiduo conſeruatoribus maris.

Nullus patronus, ſiue præfectus ſecuto iactu poſſit in itinere exonerare aliquid, niſi in locis, ad quæ merces, ſeu alia onerata fuiſſent deſtinata, cũ appodiſijs caricati; & in dictis locis non poſſint exonerare, niſi de die, & niſi portatis mercibus, & alijs exoneratis in duganam, ſeu loca publica deputata ſecũdum qualitates rerum; à quibus duganis ſeu dacerijs portare debeant fidem authenticam de rebus exoneratis cum declaratione, cui ſpectent: & patronus, ſeu præfectus, qui hæc non obſeruauerit, non poſſit fieri facere aliquem calculum pro damno, imo damnum iactus ſpectet ipſi patrono, ſeu præfecto.

Poſſit etiam idem patronus, ſeu præfectus exonerare in quocunq; loco ad requiſitionem ſupracarici, ſeu mercatoris, aut alterius, cui res ſpectarent, dummodo exoneret de die cum interuentu conſulum electorum tempore iactus, & cum interuentu conſulis nationis Genuenſis exiſtentis in dicto loco, & eo non exiſtente, cum interuentu magiſtratus dicti loci; à quo conſule, ſeu magiſtratu portare debeat fidem, vt ſupra, ſub pœna prædicta, ſine præiudicio iurium mercatorum contra nauim.

Si patronus, ſeu præfectus in aliquo ex dictis duobus caſibus exoneraſſet aliquid pluſquam contineretur in fide, cadat in eandem pœnam.

Pro rebus verò ſicut ſupra aliquo modo permiſſo exoneratis, teneatur patronus, ſeu præfectus ante exonerationem, & conſignationem ſe cautelare de rata iactus, & damnorum obueniente dictis rebus exonerandis: & non poſſit contra alios dominos rerum, nec contra alia bona, ſeu res, quæ in nauigio remanſiſſent aliquid prætendere ratione dicti iactus, & damnorum; imò ſi quid eſſet contribuendum pro dictis rebus vt ſupra exoneratis, teneatur ipſe patronus, ſeu prefectus, & nauigium cum eius inuentario erga alios, & quemlibet eorum pro his, quibus facta fuiſſet conſignatio ad refectionem, & contributionem iuxtà calculum fiendũ cum damnis, & intereſſe.

Facto iactu patronus, ſeu præfectus cum appulerit in aliquem portum, ſeu alium locum commodum, teneatur diligenter inquirere quid iactũ fuerit, ſeu proiectum in mare in præſentia dictorum conſulum, & ſcribæ nauigij, à quo de prædictis fieri debeat diligens ſcriptura; & prædicta iuſtificari, & probari debeant per teſtimonium officialium, & mercatorum ſeu exiſtentium de tranſitu in nauigio, non exiſtentibus mercatoribus; & ipſis etiam non exiſtentibus per teſtimonium officialium; aliter iactus factus eo vſque cedat damno patroni, ſeu præfecti; & dictę iuſtificationes fieri debeant coràm conſule nationis Genuenſis, & eo non exiſtente, coràm magiſtratu loci, & patronus, ſeu præfectus teneatur portare ſecum copiam prædictorum authenticam, & ſigillatam.

Nauigia, quæ iactum fecerint, appulſa ad locum deſtinatum exonerentur primò, & ante alia, etiam ſi alia prius appuliſſent, ſine præiudicio ſolitorum allegiorum, ſi eo in loco aderit ordo exonerandi.

Patronus, ſeu prefectus, qui iactum fecerit, reuerſus cum nauigio ad locũ

destinatum, antequàm manum apponat exonerationi alicuius rei, teneatur notificare cum iuramento magistratui deputato ad prædicta in dicto loco, si aderit, aliter iudici ordinario loci, mensem, diem, & horã iactus facti, & quantitates rerum, seu res iactas circum circa iudicio suo; & teneatur in continenti mittere scribam, qui producat librum, in quo sit notata deliberatio iactus faciendi, & nota rerum iactarum; qui scriba dare debeat copiam prædictorum notario dicti magistratus, qui eã conseruare debeat; ad hoc, vt seruiat in faciendo calculo, & in alijs, quæ occurrerint.

Officiales, & nautæ exonerantes sua, vel aliena bona, etiam pro eorum portatis, vel dantes auxilium contra formam præsentis capituli, amittant exonerata, & priuati remaneant officijs.

Si bona fuerint reperta exonerata contra formam præsentis statuti sint effecta patrum communis, & conseruatorum maris ciuitatis Genuæ æqualiter, nisi si interfuisset accusator, seu qui contrafactionem denuntiasset, & in claris posuisset, quia tali casu tertia pars sit ipsius, & teneatur secretus.

Vltra pœnas prædictas, qui contrafecerint, subiaceant alijs pœnis, quę viderentur Senatui.

Quod supradictum fuit de patronis nauis, sit, & intelligatur dictum de capitaneo, seu quocunque alio nomine vocetur, pręfectus, magister, seu præpositus nauigij.

De securitatibus. Cap. XVII.

NOn possint fieri assecurationes in appodisijs, quæ non habeant clarum, & expressum nomen illius, qui se assecurari faciet, & hoc antequàm aliquis assecurator in ea se subscribat, nec possit dimitti spatium album pro ponendo nomine, aliàs appodisia non valeat, & assecuratio non teneat.

Securitates non possint fieri pro se, neque pro alijs, nisi extet risicum, vel in mercibus, vel in nauigijs, vel rebus, quibusuis assecuratis mediatè, vel immediatè, principaliter vel indirectè, & nisi pro quantitate, seu valore risici, siue valoris, & æstimationis tantum, excluso consteo securitatum, quod non intelligatur in ipsa securitate comprehensum, nisi expressum fuisset.

Si inter partes non fuerit appositum pretium mercibus, vel alijs assecuratis, intelligatur pretium, si casus aduenerit ante medietatem itineris cõfecti, consteum ipsarum cum expensis vsq; ad earum onerationem: si verò vltra medietatem itineris confecti, casus occurrerit, intelligatur pretium illud, quo valerent in loco, ad quem fuissent destinatæ.

Si factæ fuerint securitates importantes plusquàm sit risicum, vel quia factæ fuissent in diuersis prouincijs, seu locis, vel quauis alia de causa, priores in tempore intelligantur cucurrisse, & currere risicum; pro reliquis verò consteum restituatur, & inter pares tempore quilibet teneatur pro rata summæ assecuratæ.

Casus

Casus finister non intelligatur nisi nauigium assecuratum, siue super quo merces, aut alia fuerint assecurata, redactum fuerit casu fortuito in cũ statum, qui prouidentia humana reparari non possit, intra tempus declarandum per cõsulem nationis, si aderit in eo loco, vbi erit nauigiũ; & consule non existente, per magistratum loci, dummodo dictum tempus non excedat mensem vnum, aliqua ratione, seu accidenti, vel nisi nauigium iussu superioris loci, vbi fuerit, esset interceptum, aut saxitũ, vel vt dicitur de eo factum imbarcum; ita, & taliter, quòd sit coactum capere aliud viagium, & merces assecuratas exonerare.

Assecuratus in quocunque casu finistro, possit securitates in totum exigere si voluerit, & res assecuratas, seu vt vulgo dicitur, implicitam relinquere assecuratoribus, quibus tali casu spectent; vel possit, si voluerit, calculum fieri facere super damno iuxta formam capitulorum; & vbi damnum foret exclaratum ascendere ad quinquaginta pro centenario, liceat assecuratoribus integram summam assecuratam soluere, & habere pro se res assecuratas, vel damnum declaratum soluere, & rem assecuratam assecurato dimittere in electione ipsorum assecuratorum, quam electionem habeant etiam in quocunque casu, in quo fieret calculus pro emendatione damni, quod prætenderetur ratione legitimi casus secuti, re assecurata existente in esse in totum, vel in parte.

Assecuratores, si cum assecurato super infrascriptis nullum licitum pactũ fecissent, teneantur de iactu secundũ formam statutorum facto, & probato; & etiam teneantur de auaria, quæ est omne damnum, quod casu fortuito sequitur, seu contingit in nauigio cum inuentario, & seu rebus assecuratis vltra expensas, quę contingere possunt, etiam si non sequatur, taliter quòd possit dici casum finistrum super toto secutum esse; & hæc pro rata siue iactus, siue auariæ spectantis rei assecuratæ.

Securitates factæ post casum finistrum secutum tali tempore, quod de eo habita prius fuerit notitia saltem per formam legitimè probatam vel tali tempore, quòd notitia verosimiliter haberi potuerit, non valeant, nec teneant, & consteum restitui debeat, & intelligatur habitam verosimiliter fuisse notitiam, quando fuerit transactum spatium tanti temporis, quo à loco vbi secutus fuerit casus finister, calculatis milliaribus duobus pro qualibet hora ad locum, in quo facta esset securitas, haberi potuisset: & si casus secutus esset in mare longinquo, adeo quòd notitia deferenda esset per mare: antequam peruenire posset in terram firmam, calculetur tempus ad rationem prædictam à loco, in quo primò venerit dicta notitia, seu nouum.

Assecuratores non teneantur de barataria patroni nauigij, nisi aliter factum fuisset.

Sine licentia Senatus, non possint fieri securitates, vadimonia, seu partita super vita Pontificis, neque super vita Imperatoris, neque super vita Regum, nec Cardinalium, neque Ducum, Principum, Episcoporum, neque aliorum Dominorum, aut personarum Ecclesiasticarum, seu secularium in dignitate constitutarum.

Non possint etiam fieri super acquisitione, amissione, seu mutatione

Dominorum, ſtatuum, regnorum, Prouinciarum, Ducatuum, ciuitatũ, terrarum, ſeu locorum.

Non poſſint ſimiliter fieri ſuper felici, ſeu infelici ſucceſſu exercituũ, claſſium, ſeu expeditionum; neq; eorum aduentu, neq; receſſu: neq; ſuper expugnatione, aut defenſione aliqua.

Nõ poſſint pariter fieri ſuper matrimonijs contrahendis, vel non contrahendis, ſuper vxoribus ducendis, aut non; neq; ſuper partu mulierum; neque nauium, aut aliorum appulſu, aut receſſu.

Non poſſint fieri ſuper futura, vel non futura peſte, aut bello, neque ſuper electione Ducis, aut magiſtratuum Reipublicæ: & demum ſuper alijs quibuſuis habentibus ſpeciem, ſeu formam vadimonij, ſecuritatis, ſeu partiti; ſed omnia intelligantur, & ſint prohibita.

Contrafacientes alicui de prædictis cadant in pœnam tantundem ſummæ, pro quanta fuerit facta aſſecuratio, vadimonium, ſeu partitum pro qualibet vice; & Cenſarij, qui in prædictis ſe immiſcuerint tanquàm contrafacientes cadant in eandem pœnam.

De prædictis ſic vt ſupra prohibitis, non poſſit ab aliquo reddi ius; neque aliquis audiri ſine licentia; & caſu quo quicquam fuerit ſolutum, ſit ſemper ius ſaluum repetendi; & nullus poſſit de eis inſtrumenta, ſeu ſcripturas conficere ſub pęna ſcutorum viginti quinque pro quolibet, & qualibet vice.

Non poſsint fieri loti ſine licentia Senatus ſub pœna ſcutorum centum, & ammiſsione raubarum, ſeu rerum poſitarum ad lotum: & in eandem pœnam cadant illi, in quorum domo erunt, etiam ſi ſit corporis alicuius, & pro mulieribus teneantur mariti.

De filiorum emancipationibus. Cap. XVIII.

NVllus magiſtratus interponat auctoritatem in aliqua emancipatione, niſi prius tam pater emancipans, quàm filius emancipandus per ſe, vel per procuratorem ſpecialem iurent emancipationem non fieri in damnum, aut præiudicium Reipublicæ, neque alterius cuiuſuis, & niſi emãcipandus promittat, & fideiubeat de ſubeundis oneribus Reipublicæ, & de non exercendo pyraticam, niſi de licentia Senatus.

Salua tamen auctoritate eiuſdem Senatus, in concedenda licentia emancipationum faciendarum, quando vel pater, vel filius, vel ambo ſint abſentes pro vt de iure.

De venia ætatis minoribus concedenda. Cap. XIX.

CVilibet ætatis annorum decem octo completorum petenti ætatis veniam Magiſtratus eam concedere poſsit, habita prius informatione de ætate, moribus, & prudentia dicti minoris à duobus proximioribus agnatis ſi extiterint, & eis non extantibus, à duobus proximioribus cognatis; & in eorum defectu à duobus proximioribus vicinis eiuſdem minoris, vel mixtim, qui omnes reſpectiuè eorum iuramento atteſtentur

Clericus minor non comprehenditur sub hoc statuto de contract. § Rot. coram Bich. decis. 188. n.° 35. et in recent. decis. 512. n.° 8. et segg. p.te 12 et 46. n.° 29. et segg. Rot. in Mantiss. ad Card. De Luc. lib. 16. decis. 6. n.° 12; Constant. ad Stat. Urb. adnot. 42. n.° 663. et segg. tom. 2; vid. etiam Sperell. decis. 112. n.° 18; Cerro decis. 130, et idem Sperell. decis. 103. n.° 5. Cyroch. dicept. 42. per tot.

Autoritate mariti § si maritus esset minor non indiget Curatoris consensu ad talem consensum praestandum Cappon. ad Stat. Mediol. cap. 300. n.° 34.

ſtentur de dicta ætate,moribus,& prudentia,& vocatis curatoribus dicti minoris,ſi eos habuerit ad allegandum quicquid voluerint circa dictam ætatis veniam,& eis auditis ſi comparuerint.

Aetatis venia ſi ſicut ſupra conceſſa fuerit per magiſtratus valeat, & habeatur,perinde ac ſi conceſſa fuiſſet à principe.

Non tamen valeat obligatio contractus,ſeu diſtractus qui fieret per eundem minorem cum aliquo ex illis,qui conſenſiſſent dictæ veniæ ætatis, vel qui auctoritatem in ea interpoſuiſſent, & hoc intrà annum vnum à die ætatis veniæ cõſecutæ,neq; etiam valeat obligatio contractus, vel diſtractus cum aliquo alio intrà dies triginta poſt ætatis veniam conſecutam,& hæc ad præiudicium ipſius veniam ætatis conſecuti.

De contractibus minorum, & mulierum. *Cap. XX.*

MInores annis viginti quinq; habentes patrem, vel auum paternum in cuius poteſtate ſint,poſſint facere,& inire quemcunque contractum,ſeu quaſi ac diſtractum,& obligationem cum quacunq; perſona, & perſonis,& etiam poſſint in iudicio comparere,dummodo tamen interueniat iuramentum ipſorum,& auctoritas,atq; conſenſus patris,vel aui,in cuius poteſtate fuerint.

Declarato quòd hoc non intelligatur; neq; procedat ad fauorem,ſeu beneficium ipſius patris,vel aui : quia tunc interuenire debeat auctoritas magiſtratus,cauſæ, cognitio , & conſenſus duorum ex proximioribus propinquis habilibus dicti minoris ex parte patris,& totidem ex parte matris,& in eorum defectu ſupleatur de proximioribus vicinis eiuſdẽ, quæ obſeruari etiam debeant quo ad fauorem,ſeu beneficium patris, vel aui etiam ſi minor eſſet ab eis emancipatus.

Si minor eſſet fœmina,& haberet maritum,non poſſit prędicta facere niſi cum conſenſu , & auctoritate mariti,qua accedente,& ſeruatis prædictis poſſit contractus,& quaſi contractus,& diſtractus , & obligationes facere,& etiam in iudicio comparere.

Minores verò prædicti non habentes patrem , nec auum paternum , nec maritum poſſint prædicta facere,dummodo tamen interueniat iuramẽtum ipſorum,& præſentia,ac conſenſus tutorum,& pro tempore curatorum ſuorum,excluſa ſemper venditione bonorum immobilium.

Saluo non obſtantibus ſupradictis,quòd non poſſint minores obligationem,vel contractum, aut diſtractum facere cum tutore , vel curatore durante tutela, vel cura,& factus non valeat , etiam quòd minores iurauerint,& aliæ ſolemnitates prædictæ interuenerint,niſi minores conſecuti fuiſſent ætatis veniam , quo caſu obligatio , & contractus etiam cum tutore , & curatore valeat cum ſolennitatibus tamen antedictis, & magiſtratus auctoritate.

Maiores autem maſculi annorum decem ſeptem , & fœminæ annorum quindecim , minores tamen annorum viginti quinque non habentes patrem,auum paternũ,nec maritum poſsint antequam eis ſit datus tutor,vel curator prædicta facere,dummodo interueniat iuramentũ ipſo

rum, auctoritas magistratus, & consensus duorum ex proximioribus propinquis habilibus, qui iurent sese credere ea fieri potius ad beneficium minoris, quàm ad aliquam eius læsionem.

Masculi maiores viginti quinq; annis existentes in patris, vel aui paterni potestate, non possint se obligare, contrahere, nec in iudicio comparere, nisi de consensu patris, vel aui, in cuius potestate fuerint, saluo si negotiarentur palàm, vel publicè, patre, vel auo patiente, vel non contradicente, quo casu obligatio, & contractus valeat perinde ac si factus esset cum auctoritate patris, vel aui, dum tamen pater, vel auus ex dicto contractu non obligetur.

Mulieres etiam maiores annis viginti quinque non possint obligationem vel contractum, neque distractum aliquem facere, nisi cum auctoritate, & consensu mariti si habuerint, qui consensus in absentia mariti possit per eum præstari per instrumentum, qui expressam eius voluntatem contineat, & nisi cum auctoritate patris, vel aui paterni, si eum habuerint, & fuerit in dominio, si verò fuerit absens cum consilio loco dicti patris, vel aui paterni, duorum ex suis propinquis habilibus proximioribus in gradu omnibus alijs, & si patrem non habuerint, nec auũ, nisi cum consilio, & consensu duorum propinquorum, vt supra, & in eorum defectu duorum ex melioribus vicinis, vel mixtim, cum quibus solennitatibus possint dictæ mulieres omnia facere interueniente iuramento omnium vt supra.

Non possint tamen durante matrimonio obligare se marito, nec contractum aliquem cum ipso marito facere, nec liberationem alicui, qui pro dicto marito ipsis teneretur, neq; etiam possint cum viro suo se obligare, neque se principales, neque fideiussores pro eo se constituere.

Possint nihilominus renuntiare iuri hypothecarum, & alijs iuribus quę haberent in bonis maritorum super quibus renuntient, sed quòd remaneant salua iura in alijs bonis si extant, vel extabunt, ita vt renuntiatio non possit extendi, nisi ad illa certa, & specificata bona, super quibus renuntiant, & valeat renuntiatio siue alia extent, siue non extent.

Absentibus autem maritis à Dominio, & non existente eius procuratore, cum mandato ad infrascripta, possint mulieres hæreditates adire, in iudicio comparere, & se, & sua obligare cum consilio, & consensu duorum propinquorum mariti habilium ex proximioribus, & eis deficientibus, duorum ex melioribus vicinis eiusdem mariti, vel mixtim, & cũ auctoritate magistratus, & seruatis in reliquis omnibus solennitatibus, de quibus supra, dummodo tamen dicti propinqui, seu vicini mariti iurent se credere dictum maritum iuisse, vel nauigasse ad partes adeò longinquas, vt credant ipsum non esse reuersurũ infra menses sex tunc secuturos, & dummodo per prædicta non fiat aliquid in damnum iurium propriorum, vel substantiæ propriæ mariti.

Et non obstantibus prædictis mulieres maiores annis viginti quinq; reuẽditrices raubarum, & vestimentorum, seu habentes aliquod exercitiũ, in quo soleant operas, & industriam suã locare possint se obligare, & contractus facere in dictis eorũ negotijs etiã nõ seruatis suprascriptis.

Propin-

Maiores §. Filiusfamilias maior potest efficaciter fideiubere pro Patre non obstante hoc Stat°, quia hic casus non includitur comprehensus sub hoc capito. Vid. Vor. de contract. minor. glos. 12. §. 11. sub n° 8.

Salvo si negotiarentur palam §. hoc procedit si negotientur nomine proprio. Gavett. cons. 100. n°. 1. Quin. cons. 93. n°. 118. vol. 2. et si non contrahat ex causa negotiationis videtur non obligari. Roland. a Vall. cons. 90. n°. 11. vol. 3.

Mulieres etiam maiores &c. hoc statutum non comprehendit causam dotis. Card. de Luc. de dot. disc. 16. per tot.

Proximioribus §. In dubio creditur mulieri asserenti eos qui intervenerunt esse tales. Bosch. cons. 180. n°. 3.

Habilibus Proximioribus §. pretendens non intervenisse in contractu proximiores debet probare concludenter adfuisse alios proximiores de tempore, immo etiam secundum aliquos de hora contractus et tunc habiles fuisse. Rot. coram Coccin. decis. 325. n°. 9. et seqq. et penes Paulut. post. dissert. 30. decis. 1. n°. 3. et seq.

Minor habilis est ad talem consensum prestandum Bertazol. clausul. 2. glos. 14. n°. 2.

Filiusfam. est habilis ad dandum talem consensum. Chassan. in consuetud. Burgund. tit. §. 2. n°. 1. Lambert. de contract. glos. 15. per tot. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 348. n°. 309. lib. 1. in his enim que publici iuris sunt patria potestas non attenditur, sed filiusfam. loco Patrisfam. habetur l. filiusfam. 9. et ibi gloss. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. l. quesitum 16. ff. ius voc. Rot. decis. 451. n°. 9. Contrarium tenet Bosch. cons. 159 in princip., in his enim in facto proprio in alieno authoritatem non debet l. fin. C. de legib. tut. cum simil.

[illegible]

Hereditates adire §. Mulier potest hereditates adire sine aliquo consensu, si hereditas est sine debitis et legatis quia tunc ex d.a aditione nulla oritur obligatio. Altograd. Iun. controv. 12. n°. 6. usq. ad n°. 12. lib. 2. Bacciaix. de probat. lib. 1. cap. 26. n°. 8. et disponendo, vel testando de bonis hereditariis ex hoc inducitur aditio. Olea de cess. Iurium tit. 2. q. 3. n°. 39.

Si fuerint intra duodecim milliaria intelligantur adesse] conditio ista demonstrat quod qui pretendit adesse alios proximiores, debet probare, et tanto magis hoc procedit, q. presentia semper presumitur Alex. cons. 40. nº. 13. lib. 5. Recors. qu. nº. 49. in fin, Iason in l. si potest nº. 64. ff. de acquirend. hæredit. ubi recenset opin.es contrarias, cuius opinio magis probatur, ut ibi Ludovis. decis. 459. nº. 10, et ibi add. Farin. decis. 386. nº. 1. vol. 2. inter noviss. decis. 103. nº. 6. p. 1.

Ut cognoscas an propinqui sint intra duodecim mill.a, vel non, non est habendus respectus ad iter, quod ipse est longius, sed attenditur linea mensurabilis per terram, vel aquam, Bart. in l. 1. nº. 6. ff. si quis caution., Felin in cap. olim. nº. 4. versic. dum subdit. de except.

Sint ipso iure &c, quod habeant implicitum statum validitatis donec a muliere vel minore nullitas non allegetur. Mascard. in tractat. de commerc. reddit. vitalit. in 4.ta quæst. 3. nº. 31. ubi plene, vide Palm. decis. 164. nº. 3. 13. 2. tom. 2.

Propinqui intelligantur adesse,& reperiri posse,si fuerint intra duodecim milliara,si verò fuerint remoti vltra milliara duodecim,habeantur pro absentibus,& sic assumi possint alij propinqui, & eis non existentibus, vicini.

Declarato tamen,quòd huiusmodi solennitates non possint eludi per mulieres,seu minores si dedita opera proficiscentur extra locum eorum solitę habitationis,quia tali casu requirantur propinqui,pro vt requirerentur,si contractus,seu obligatio, vel distractus esset factus in dicto loco eorum solitæ habitationis.

Sed si aliquis propinquus,aut vicinus requisitus noluerit consentire,& facto præcepto de mandato magistratus,non comparuerit,vel compares non allegauerit iustam,& rationabilem causam quare consensum prę-stare non velit arbitrio magistratus possit ipse magistratus dare licentiam quòd mulier,siue minor possit facere contractum,seu illud de quo tunc agetur cum consilio aliorũ propinquorum si aderunt, vel vicinorum,vel mixtim,& tali casu valeat,ac si propinqui,seu vicini, qui consentire noluerunt consensissent,à quibus pronuntiationibus aqpellari, & reclamari non possit.

In casu dotium exigendarum in bonis, seu ab hæredibus mariti, si auus, vel pater mulieris noluerint consentire,citentur etiam vt supra,& magistratus possit concedere licentiam mulieribus agendi, & exigendi absq; eis, dummodo tamen pecuniæ exigendæ ponantur in loco tuto.

Omnes propinqui,& vicini qui interuenerint vt supra,habeantur habiles, nisi contrarium probetur.

Et omnia in præsenti statuto contenta obseruari omnino debeant, & locum semper habeant; nec eis renuntiari possit quibusuis verbis, iuramentis,vel solennitatibus.

His verò quæ supra dicta sunt respectiuè obseruatis, contractus, distractus,obligationes,& alia sint rata,& firma, ac valeant; nec possint irritari quouismodo,beneficio restitutionis in integrum nullitatis, vel aliter. vbi verò in aliquo defuerint solennitates, vt supra respectiuè requisitæ,non valeant,sed sint ipso iure irrita,& nulla; & præsumantur simulata,etiam quòd interuenerint iuramenta,& aliæ solennitates,& sic obseruare teneantur magistratus, non obstante quocunque alio statuto sub pœna syndicamenti,& librarum centum pro qualibet vice.

De venditione rerum immobilium in participes agnatos,& confines facienda. Cap. XXI.

SI quis particularis,siue corpus,collegium,vel vniuersitas voluerit vendere,vel in solutum dare, vel institerit per magistratum vendi etiam in publica collega aliquam rem immobilem in totum, seu pro parte, teneatur eam vendere participi saltem pro quarta parte pro indiuiso eiusdem rei immobilis habenti participationem per annum vnum ad minus ante venditionem, vel habenti solum,si vendendum erit ædifi-

cium suprapositum, aut habenti ædificium, si vendendum erit solum, vel agnato masculo vsque in tertium gradum, aut confini habenti, seu confinibus habentibus rem immobilem, seu partem distinctam rei immobilis iuxtà rem vendendam; dummodo dicti superius nominati sol uant tantum pretium, quantum ab alio de re vendenda, seu in solutum danda inueniri poterit; & per illos terminos, & modos, per quos ab alio inueniretur.

Si verò nullus prædictorum esset, qui ad notitiam volentis vendere, vel in solutum dare, vellet emere, vt supra, possit ille vendere, & in solutum dare cui voluerit.

Si autem constiterit aliquem ex prædictis palàm, vel occultè impedire, aut prohibere venditionem, vel in solutum dationem in damnum, fraudem, vel præiudicium volentis vendere, vel in solutum dare, remaneat priuatus beneficio præsentis statuti. Et in huiusmodi cognitione magistratus possint procedere, & definire summarie, sine strepitu, & figura iudicij.

Postquam uenditio, uel in solutum datio de dicta re, facta fuerit inscijs, uel ignorantibus supradictis, possint prædicti, & quilibet eorum eam aduocare; & sic teneatur ille, qui emit, uel in solutum habuit, eam relaxare, & restituere cuicunque prædictorum eam uolenti, & aduocanti intra dies triginta à die scientiæ uenditionis, uel dationis in solutum numerandos si fuerit in Ciuitate, uel Dominio, uel si tempore dictæ alienationis, & scientiæ habendæ esset absens à Ciuitate, & Dominio intrà dies triginta à die aduentus computandos, dummodo ueniat intra annum unum à dicta alienatione, & scientia prædicta.

Et quod dictum est de uenditione, seu alienatione, habeat etiam locum in permutatione cum quacnnque re, iure, censu, uel redditu, prçterquã ubi permutatio fuerit realiter facta de re immobili cum alia re immobili, uel saltem cum alia immobili in parte; dum tamen pars immobilis præponderet ultra dimidiam ualoris totius alterius rei immobilis permutandæ, uendendæ, uel insolutum dandç.

Et hoc si ipse, qui ut supra aduocare uoluerit intra dictum tempus respectiuè realiter, & cum effectu obtulerit, & deposuerit in aliquo ex cartularijs numerati sãcti Georgij in credito magistratus, si adiudicatio fiet Genuæ, vel penès idoneum depositarium, si facta fuerit in dominio, pretium dictæ rei alienatæ ut supra solutum in totum, uel pro parte soluta, & expensas melioramentorum, censariorum, gabellarum, & alias iustè, & legitime factas per eum, qi acquisiuit ut supra, & pro pretio, seu parte pretij non soluta idoneum fideiussorem præstiterit de soluendo per illos modos, & terminos conuentos inter uenditorem, seu in solutũ datorem, & primum emptorem, seu in solutum acquisitorem, ita ut aduocans, ut supra habeat omnia illa priuilegia, & beneficia, & onera, & posit recuperare rem, ut poterat primus emptor, seu acquirens, ut supra. Declarato tamen quòd habens tempus anni ad auocandum, ut supra, teneatur ultra prædicta deponere duo pro centenario super parte pretij soluta, quç cedant, & solui debeant dicto primo emptori.

Inter

Seu partem distinctam quia habentes rem vicinam pro indiviso possunt avocare Caccian. ad Stat. Mediol. lib. 1 cap. 21. n.° 42. et cap. 232. n.° 15. maximè si simul iudicium intentarent, quia haberentur pro unica persona. Idem lib. 1 cap. 233. n.° 32. et cap. 219. n.° 4; Anchar. cons. 160. n.° 2. ubi dicit dispositionem sufficere partem habentis ad totum. Caste. cons. 191. lib. 1. et cons. 75. libri in fin.

Contrarium firmat Afflict. de iure prothomi. in princip. n.° 15. vers. 2.° nota, Decius cons. 173. n.° 4. et ratio est, quia res commu: nis minus proprie dicitur mea. ita consuluit Io. Baptista Casanova cons. 122., et iterum ita consuluerant, M. Io. Baptista Casanova et M. Ioseph Martignonus anno 1630. et ratio est quia hoc Stat. intelligitur de habentibus rem in totum distinctam non autem partem pro indiviso, aliàs essent superflua illa verba seu partem distinctam quae immediate subiungit Statutum, si satis esset habere partem indistinctam, seu pro indiviso

Salvant quia stante hoc statuto quaeritur quodnam pretium exbursare teneatur vicinus an oblatum ab emptore, vel potius illud quod ab expertis estimatur. De Marin. decis. 236.

Decisio. Et ita fuit iudicatum à M. Vincentio Benedicti Auditore Rotae ad favorem Io: Baptistae de Maccabonis in Porta Mauritij in actis D. Marci Antonij Barzoni die 4 Maij 1622. seu 1622. patrocinante M. Io: Baptista Casanova pro D. Io: Baptista.

Advocare quia hocius competit, etiamsi venditor esset clericus, Cav. Polan. de servit. dicit. 71. n.° 6

An hocius competat tertio fideicommisso gravato Gratian. cap. 720. n.° 27.

Possint advocare quia an ex duobus rebus venditis unico pretio possit vicinus rem sibi cohaerentem retrahere, et aliam relinquere. Palm. Neapol. allegat. 4. per tot. vol. 1.°

A die scientiae quia notitia venditionis simplex non suffragatur, nisi sit plena, et perfecta cum qualitate numerationis pretij et aliarum circumstantiarum Gratian. cap. 727. n.° 8.

Dinumerando quia an iste terminus assignatus ad avocandum curràt minori, et an effectus maior debeat eo elapso restitui. aff.ve Gitad. decis. 38 per tot. et aliqua etiam in praecedenti decis.

Clericus non tam active, quam passive ligatus hoc statuto iuris congrui, sive retractus, De Marin. resolut. lib. 1. cap. 55. Gratian. cons. 517. n.º 16.

Esset Clericus, et Clericus pro avocanda debet conveniri coram Iudice seculari. Giurb. decis. 125. n.º 10.

Inter nominatos autem ſuperius, qui aduocare poſſunt, præferatur habẽs ſolum in aduocando ædificium ſuprapoſitum, & habens ędificium in aduocando ſolum quibuſcunque alijs; & participes ſaltem per annum, & ſaltem pro quarta parte vt ſupra, præferatur agnatis, & confinibus, & inter ipſos particips ille qui maiorem participationem habuerit, prę feratur cæteris, & inter pares ſit locus gratificationi: agnatus verò præferatur confinibus, & inter ipſos præferatur proximior cæteris, & inter pares ſit locus gratificationi: & inter vicinos, ille præferatur, qui maiora confinia ad menſuram habuerit; & menſura fieri debeat in ſolo ædificij, non autem per alitudinem muri: & inter habentes paria confinia ſit locus gratificationi.

Si res vendita, vel in ſolutum data, eſſet plurium, agnatus cuiuſcunque participis poſſit totam auocare, & in agnatorum concurſu agnatus maioris participis pręferatur: & ſi participes eſſent in participatione ęquales, præferatur agnatus exiſtens in proximiori gradu: & omnibus, ſeu pluribus in eodem gradu exiſtentibus, ſit locus gratificationi faciendę per emptorem, & ea ceſſante ſit locus pręuentioni auocationis.

Intelligantur verò omnes, & ſinguli pręd ſciuiſſe venditionem, & in ſolutum dationem elapſis tribus menſibus, qoſtquam fuerit publica vox, & fama in vicina dictæ rei alienatæ vt ſupra, quod dicta res fuit vendita vel in ſolutum data, ſi fuerint in ciuitate, vel domiuio ſi vero fuerint extra dominum elapſis decem menſibus, à die, qua fuerit ſccientia vt ſupra habita, numerandum.

Si bona fuerint incãtata, & ſubhaſtata in locis publicis ſolitis ſaltem per dies quindecim, intelligatur facta venditione, fuiſſe de ea notitiam in vicinia, adeò quòd tunc incipiant currere termini aſſignati ad auocandum: & ſi illis, quibus competit beneficium præſentis capituli, data fuerit in ſcriptis mandato magiſtratus notitia de incãtatione, ſaltem per dies octo ante deliberationem, non competat amplius ius auocandi illis, quibus huiuſmodi notitia vt ſupra facta fuerit, niſi in deliberatione declarauerit velle auocare.

Procedant prædicta etiam ſi emptor eſſet clericus, vel eccleſiaſticus; quo caſu ad tollendas dubitationes, participes, propinqui, & vicini prędicti reſpectiuè vt ſupra poſſint auocare ita vt obſeruata per eos forma præſentis capituli, poſſeſſio rei venditæ, vel in ſolutum datæ intelligatur, & ſit ipſo iure, translata in auocantem, qui obſeruauerit, & auocauerit, ſeu declarauerit vt ſupra; & in qua poſſeſſione manuteneatur, & defendatur per magiſtratus Reipublicę competentes ſuper auocationibus, per opportuna iuris, & facti remedia, ſine aliquo iuris ordine, & iudiciaria cognitione, & facta ſolùm de dicta auocatione, & obſeruantia pręſentis capituli ſummaria informatione per facti notorium, vel rei euidentiam, magiſtratus extra iudicialiter ſuum auxilium, & fauorem præſtent, & præſtare teneantur ad accipiendum, & recuperandum, ac manu tenendum poſſeſſionem rei venditę, vel in ſolutum datę vt ſupra: & in probationibus ſufficiat edictum generale per proclama proponere quòd quicunq; ſua intereſſe putauerit, compareat ad videndum pro-

duci,

duci,& examinari testes,& alias informationes assumi in prædictis causis necessarias,& ad opponendum, & allegandum, quicquid voluerint circa ipsius auocationis substantiam.

Teneatur qui emit,seu titulo dationis in solutum acquisiuit, manifestare ad instantiam cuiuscunque ex prædictis instrumentum, seu scripturam venditionis cum pretio, & qualitatibus; alioquin a die notificationis, seu interpellationis non currat,seu labatur tempus ad auocandum.

Nemini liceat simulare venditionem,vel dationem in solutum fctam maiori pretio,quàm sit verum pretium conuentum, vel per alios modos, aut terminos cum qualitatibus,seu cautelis quàm fuerit vera conuentio,nec facere in prædictis aliquem contractum simulatum, vel aliquã aliam fraudem committere in præiudicium vocatorum, vt supra; & si cognitum fuerit per magistratum aliquam ex prædictis fraudibus fuisse commissam,competat beneficium auocandi suprascriptis, in omnibus,vt supra, non obstante aliquo lapsu termini; & hoc intra dies triginta à die declarationis dictæ fraudis per sententiam magistratus.

In re auocata, vt supra, creditores quantuncunque priuilegiati illius primi emptoris,seu acquisitoris,à quo fuerit per aliquem auocata, vt supra,non possit vllo tempore habere regressum, neque actionem.

Priuilegia cuiuis concessa,& concedenda de fruendo beneficio capitulorum,& statutorum Genuæ,non seruiant in auocationibus, neque concedant beneficium præsentis statuti, pro quo beneficio priuilegia concedi non posśint.

Secuta auocatione, & auocata re à primo emptore ad formam præsentis statuti,primus emptor remaneat liberatus,& venditor ius, & actionem habeat contra auocantem, quam habebat contra primum emptorem.

De re vendita in callega, vel auctoritate magistratus. Cap. XXII.

SI res mobilis vendita fuerit in publica callega, secuta traditione, nemo possit ad rem ipsam habere actionem,vel regressum;& si venditor huiusmodi rei mobilis in publica callega, pretium non petierit in iudicio, vel extra intra annos duos ab emptore, non possit amplius dictæ rei pretium petere, nec ad rem ipsam regressum habere; imo pretium intelligatur fuisse solutum per lapsum dictorum annorum duorũ, dum tamen emptor iuret illud soluisse,vel eius hæres iuret se credere, quòd dicto creditori fuerit solutum,& satisfactum pro dicto credito.

Fideicommissarij,& executores testamentorum,ac tutores, & pro tempore curatores minorum, si voluerint bona mobilia vendere, teneantur ea vendere in publica callega.

Curatores verò absentium, & hæreditatum iacentium non possint bona mobilia vendere, nisi in publica callega facienda auctoritate magistratus, causa plenè cognita, & cum consilio duorum propinquorum absentis,seu defuncti ex proximioribus,si inueniri poterunt, aliter suppleatur de melioribus vicinis.

Et si dicti fideicommissarij, & executores, tutores, & curatores minorum fuerint

fuerint condemnati ad aliquid soluendum, posſint pro dicta ſolutione dare in ſolutum ex bonis mobilibus dictæ fideicommiſſariæ, tutelæ, vel curæ vſque in concurrentem quantitatem: & non exiſtentibus bonis mobilibus poſſint dare in ſolutum de bonis immobilibus, etiam ad rationem de duobus tria; & hoc pro euitandis expenſis æſtimatorum, & alijs ſequentibus, & vſque in quantitatem librarum ducentarũ tantum; quo caſu habeatur, ac ſi legitimè per æſtimatores facta fuiſſet, & omnis contradictio, & quæcunque priuilegia competentia cuiuis infra ſex, vel quattuor menſes ex forma ſtatutorum in æſtimis, ſeu dationibus in ſolutum factis per æſtimatores: competant etiam, & conceſſa intelligantur in dationibus in ſolutum, vt ſupra faciendis.

Curatores abſentium, & hæreditatum iacentium poſſint prædicta omnia facere cum conſilio tamen duorum propinquorum abſentis, vel defuncti, ſi reperiri poterunt; aliàs duorum vicinorum, vel mixtim, & cum auctoritate magiſtratus cauſa prius plenè cognita.

Si nauis aliqua, vel nauigium in totum, vel pro parte uenditum fuerit in publica callega, auctoritate magiſtratus, pręmiſſa ſubhaſtatione ad minus per dies octo, & emptor nullis comparẽtibus creditoribus, nulloq; facto ſaximento ſoluerit pretium venditoribus, ſeu participibus, quorũ participatio vendita fuerit, uel etiam contradicentibus quibuſuis, ſeu ſequeſtrantibus, depoſuerit in cartularijs ſancti Georgij in nomine, & credito magiſtratus, pretium, pro ipſo dando, & ſoluendo uenditori, uel participibus, uel creditoribus nauis, uel cui de iure ſolui debebit, nõ poſſit ulterius moleſtari; nec creditores dictæ nauis poſſint amplius habere regreſſum ad eam, nec ab ipſis, uel aliquo eorum, nauis, aut nauigium ſaxiri, impediri, vel ſequeſtrari poſſit, ſed prædictum vt ſupra ſolutum, ſeu depoſitum ſuccedat in locum dictæ nauis, aut nauigij.

Declarato quòd pretium ſicut ſupra depoſitum in nomine, & credito magiſtratus, poſsit à creditoribus, & prætendentibus ſaxiri, & ſequeſtrari.

Magiſtratus autem pretium ſicut ſupra in eius nomine, & credito depoſitum ſolui faciat creditoribus dictæ nauis in totum, ſeu pro parte tangente participationi uenditæ, ſi tota nauis non fuiſſet uendita ſecundum potioritatem eorum, præſtita tamen per dictos creditores fideiuſsione idonea de reſtituendo habentibus potiora, & contribuendo cum habentibus æqualia iura; & creditoribus ſolutis, ſeu nullis eorum comparentibus, magiſtratus ſolui faciat dictum reſiduum, ſeu pretium uenditoribus dictæ nauis, ſeu participibus ad ratam, præſtantibus tamen fideiuſsionem idoneam pro ſumma eis ſoluenda de ſatisfaciendo quibuſcunque creditoribus dictæ nauis pro eorum reſpectiuè rata, quæ fideiuſsio duret per annos tres.

Immobilia fideicommiſſariorum, & executorum, ſeu minorum uendi poſsint per fideicommiſſarios, executores, tutores, & curatores minorum neceſsitate urgente, uel ex cauſa utili tantum, dummodo cauſa cognoſcatur per magiſtratum, & interueniat conſenſus duorum propinquorum defuncti, ſeu minorum ex proximioribus, & in eorum defectu duorum uicinorum, uel mixtim: quo caſu, mandato magiſtra-

tus,

tus, incantari debeant per dies quindecim, & deliberari in publica callega plus cæteris offerenti: aliter uerò facta uenditio dictorum immobilium non ualeat, nec teneat, sed sit ipso iure nulla.

Non posſint tamen dicti fideicommiſſarij, tutores, ſeu curatores, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam emere de bonis huiuſmodi fideicommiſſariæ, tutelæ, ſeu curę, neque exinde durante fideicommiſſaria, tutela, uel cura, neque ea finita, ſaltem intrà annos tres à dicta uenditione facta, acquirere bona prædicta: aliter non ualeat, & ſit ipſo iure nulla, ut ſupra.

Qui ſiue in callega, ſiue extra, uel alio titulo acquiſiuerit bona ſtabilia ab aliqua eccleſia, ponte, loco eccleſiaſtico, uel religioſo, uel rectore, ſeu habente perſonam pro eccleſia, & pro eis onera Reipublicæ ſubierit, non poſſit moleſtari, nec aduerſus eum audiatur aliquis conquerens pro eccleſia, ponte, ſeu loco eccleſiaſtico aduerſus acquiſitionem, neque concedatur brachium ſinè expreſſa licentia Senarus.

Finis Libri Quarti.

STATVTORVM CIVILIVM REIPVBLICAE GENVENSIS.

Liber Quintus.



De obligatione mulieris erga illum, qui eam maritat. Cap. I.



QVI maritauerit mulierem, uel fuerit præſens, quando de illius maritatione tractatur, uel concluditur, & ipſam mulierem obligatam habuerit ad aliquid ſibi dandum, faciendum, uel ſoluendum in uita, uel poſt mortem, non poſſit ulterius aliquid petere, ſeu prætendere, ſi de ipſa obligatione non dixerit marito, uel futuro marito, uel patri, uel alij, qui pro ipſo matrimonium tractaſſet, uel contraxiſſet; imo tali caſu obligatio huiuſmodi ſit ipſo iure nulla, & nullius roboris, & ualoris. Declarato tamen quòd iura illius creditoris poſt mortem mulieris, uel mariti, nullis exiſtentibus liberis ex illo matrimonio, reuiuiſcant.

De

Ultra dictas dotes & non obstante hoc statuto si Pater contra filias se gesserit indiscrete illas dotando in tenuissimis dotibus, filiabus subveniet congruenter ad arbitrium Iudicis. Mascard. de general. Statut. Interpret. conclus. 4. n.° 135. in terminis huius statuti. Menocch. de arbitrar. cas. 189. n.° 15

IX Tenin 8

De fœminis dotandis. Cap. 11.

MVlier maritata, quæ de bonis aſcendentium, uel alicuius eorum dotata fuerit à patre, ſeu matre, uel ab aliquo aſcendentium ex linea paterna, ſeu uoluntate alicuius eorum, quæ ſemper intelligatur interueniſſe, niſi contrarium probetur, non poſsit, neq; eius hæredes poſsint quidquam petere ultra dictas dotes in bonis tàm Genuæ, quàm in quauis mundi parte; ſed ſint bona maſculorum liberorum, & eorum hæredum, ſi fuerint cum muliere utrinque coniuncti; ſed ſi fuerint ex eodem patre tantum, & de bonis patris, uel aſcendentium ex linea paterna fuerit mulier dotata, non poſsit petere aliquid in bonis ipſorum: in bonis tamẽ maternis, & aſcendentium ex linea materna poſsit petere, quod ei conceditur ex forma ſtatuti de ſucceſsionibus ab inteſtato: ſi uerò fuerit de eadem matre tantum, & de bonis maternis, uel aſcendẽtium ex linea materna dotata fuerit, de bonis ipſorum aliquid petere non poſsit, quo caſu de bonis paternis petere poſsit, quod ei conceditur ut ſupra; ſed aduerſus fratres utrinque coniunctos, uel eorum liberos maſculos, non poſsit aliquid ultra dictas dotes, habere, nec petere de bonis hæreditatis paternæ, nec maternæ, nec fratris, nec ſororis defunctorum, neq; aſcendentium, ſalua ſemper diſpoſitione teſtamentorum, & ultimarum uoluntatum prædictorum, & cuiuslibet eorum.

Non maritatę, ſed dotatę ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate à patre uel matre, uel auo, uel auia paternis, uel maternis, non poſsint aliquid petere, uel habere, niſi quantum prædicti eiſdẽ dederint inter uiuos, uel legauerint in ultima uoluntate.

Decedentibus autem aliquibus ex aſcendentibus paternis, uel maternis, qui quo ad infraſcripta intelligantur deceſsiſſe inteſtati, ſi de dotibus nihil dixerint, uel diſpoſuerint; ſi aderunt filię maritatæ, ſed quæ non fuiſſent dotatæ, vel filię non maritatæ, uel neptes ex filijs prę-mortuis, ad quas ex forma ſtatutorum non ſpectet hæreditas; quæ pariter non fuiſſent dotatæ, habeant, & habere debeant de bonis, ut ſupra decedentium ab inteſtato duntaxat tantum, quantum tres ex proximioribus propinquis ex patre, uel ex linea eius, de cuius bonis & hęreditate tractatur, arbitrati fuerint uoluntatem inteſtati fuiſſe tempore ſuæ mortis illas filias, uel neptes habere de ſuis; & ſi propinqui non inuenirentur, ſolùm tantum quantum magiſtratus arbitratus fuerit fuiſſe uoluntatem defuncti; ita tamen, ut maſculi nõ poſsint habere minus quàm contineatur in ſtatuto de falcidijs.

Filiabus non maritatis, neq; dotatis decedentibus, quæ fratres utrinque coniunctos, uel ſaltem ex parte, uel ipſorum liberos maſculos habuerit non poſſint hæredes defuncti (in bonis cuius dotari debebant) neque pro dotatione, neque pro ſucceſsione aliqualiter moleſtari; poſtquam uerò dotatæ fuerint, uel eis aliquid legatum fuerit ad ſuum maritare, uel monacare, poſſint de eo diſponere, tàm inter uiuos,

quàm in vltima voluntate, ſi fratres vtrinque vel ex patre coniunctos maſculos, ſeu liberos maſculos ex eis non habuerint.

Si defunctus bona immobilia non haberet ſufficientia ad ſoluendum quantitatem dotium, quæ fuiſſent declaratę, hæres ſecuta declaratione, teneatur collocare in locis comperarum Reipublicæ pecuniam pro ſecuritate dotium taxatarum, ſeu legatarum à defuncto, vel aliter beneficio præſentis ſtatuti; & prouentus ſpectent ad hæredes, qui teneantur è conuerſo dotatam alimentare vſque ad maritationem.

Fœminæ prædictis ſint contentæ, nec aliquo iure, vel cauſa poſſint plus petere, vel habere, nec rumpere, nec aliter, quomodolibet irritare teſtamentum, ſeu vltimam voluntatem, nec dicere nullum, quia prȩteritæ, vel alia de cauſa; ſed pro dotatione habeant bona defuncti obligata, & hyppothecata, adeò quod in bonis ipſis præferantur quibuſcunque creditoribus hæredum illius, in cuius bonis fuerint dotatæ, vel erunt dotandæ.

Puella innupta ętatis annorum infra viginti quinq; habens patrem viuũ, quæ ſine conſenſu patris maritum acceperit, perdat ipſo facto bona, & iura dotandi; Si verò fuerit ætatis annorum viginti quinque, & maritum, vt ſupra acceperit, non poſſit viuente patre, exigere dotem, ſed tantummodo fructus, ſeu redditus ipſius dotis.

Ne petatur dotium intereſſe. *Cap. III.*

S. 1. 14.

LIcet maritus fuerit negligens, vel remiſſus in petendo dotes ſibi debitas, non poſſit tamen petere, nec exigere aliquod intereſſe ſeu alimẽta dotium non exactarum, vel non ſolutarum, niſi aliter inter partes expreſſe conuentum eſſet, etiam ſi ſuſtinuerit onera matrimonij, ſaluo ſemper ſibi iure dotium exigendarum.

De petendis dotibus. *Cap. IIII.*

VIuente viro, vxor non poſſit petere dotes, etiam viro vrgente ad inopiam, niſi prius habita fide, quod maritus nihil debeat Reipublicę, & niſi obtenta licentia à Senatu, ſiue extraordinarijs, aut officio Terrę-firme, agendi; & exinde teneatur ante cœptũ proceſſum, ſeu in principio proceſſus, fieri facere proclama qualiter formandus eſt proceſſus, & in omnibus actis citari facere ſyndicũ Reipublicæ, & in fine proceſſus, facere proclama qualiter eſt formatus proceſſus; poſſit tamen mulier excipere pro ſuis dotibus, & canellam eleuare (marito vergente ad inopiam, abſq; fide, & licentia prædictis.

Mortuo marito, etiam ſi vxor ſteterit in domo mariti, non exigendo dotes non impediatur, quin poſſit exigere non obſtante etiam taciturnitate, & præſcriptione temporis; ſed ſi dotes mortuo marito reſtituendę ſunt in pecunia numerata, non poſſint in bonis mariti repeti intra annum à dicta morte, dum tamen hæres mariti fideiuſſionem idoneam præſtet de ſoluẽdo dictas dotes, elapſo anno vno. Et hæc nõ obſtãte diſpo-

ſitione

Clausula reserata et cum refectione apposita in instro importat expressã conventionem damnorum, et interessium Osasch. decis. 119. nº 11. Surd. decis. 153. nº 9. Leotard. de usur. q. 91. nº 11. Torre var. lib. 2. tit. 3. q. 1. nº 11. ad Stat. Genue. Caraccio. in allegat. post decis. 24. nº 19. Marz. in cas. Regg. Sicil. tom. 5. fol. 192. col. 1. nº 38. Palm. decis. 111. nº 10.

Item videtur dicendum, quando adest Clausula Sub pena dupli vel adest obligatio Cameralis Palm. decis. 111. nº 11. Paulut. d. art. 33. nº 29. Torr. var. tom. 2. tit. 3. q. 15. nº 36.

Idem de iure cõi Natta cons. 300 sub nº 2, ubi quod neque est necesse quod precedat pronunciatio viri vergentis, ad inopiam, quotiens mulier exclusit se ipsa ad impediendã executionẽ, et vid. Ab Eccles. observat. 160 per tot, ubi nº 4. ita dicit ex antefacto

Et quod sit necessª. Iudicis pronunciatio super dª. vergentia vid. decis. 1. coram Lancetta apud Paulut. post. dissert. 21. tom. 1.

Uxor tenetur manifestare bona mariti non obscure, sed clare, præsertim res consumptas exprimendo quantitatem, et qualitatem, quæ variæ sunt non manifestare, et non clare manifestare. Scacc. de comerc. § 3. gloss. 5. n.° 105.

Manifestare. hanc manifestationem non tenetur facere Uxor elevans cancellat contra aliquem legitimum, facientem in bonis viri, etiamsi hæc manifestatio fuerit petita in hoc Iudicio. Scacc. de comerc. § 3. gloss. 5. n.° 93.

Contrarium tenet Armengan. decis. 26. n.° 5. qui reprobare intendit Scacc. loco cit.° et cum videtur sequi Rot. Januen. in Januen. Salviani inter DD. Fratres De Carminatis et D. Annam Victoriam Gariboldam die 15. Junii, et 3. Julii anni 1713. coram D. Philippo Buttari, ubi tamen in Iudicio Salviani contra Uxorem intentati absolute firmat non teneri d.am manifest.em facere.

ſitione aliorum ſtatutorum, ſaluo tamen mulieri beneficio capituli de alimentis dotium.

Quòd dotes marito non ſolutæ peti non poßint. Cap. V.

FOeminæ, & habentes cauſam ab eis non poſſint, etiam adueniente caſu dotium reſtituendarum petere dotes in bonis virorum, qui dotes ipſas non exegerint, de quo conſtet per inſtrumentum dotale, & ſeu inſtrumentum, vt vocant contracartæ; ita vt vbi non adſit tale contracartæ inſtrumentum, exigere poſſint in bonis viri, licet ſola confeſſio appareret dotium receptarum, quo ad præiudicium viri, & eius hæredum, quia in reliquis remaneant in diſpoſitione iuris; teneantur tamen mariti, & eorum ſucceſſores pro debitis non ſolutis, ſed promiſſis, ſeu pro parte non ſoluta cedere iura mulieribus, ſeu earum hæredibus contra obligatos; quæ iura teneantur manutenere efficacia pro facto eorum, & habentium ab eis cauſam, & ad aliud non teneãtur.

De manifeſtatione bonorum mariti. Cap. VI.

MVlieres, quæ pro dotibus, ſeu iuribus ſuis conſequi voluerint ſolutionem, adueniente caſu in bonis mariti, vel cuiuſcunque alterius, qui pro eo, ſeu dictis dotibus, vel iuribus teneretur, obligatæ ſint, & teneantur ſub earum iuramento tactis corporaliter ſcripturis præſtito, manifeſtare legitimè omnia, & ſingula bona mariti, & cuiuſlibet alterius, qui pro dictis dotibus, vel iuribus eſſet obligatus, quæ bona dictæ mulieres habuerunt, vel habent per ſe vel alias perſonas, vel ſi alij pro eis, & de eorum voluntate, vel ad earum diſpoſitionem habuerunt, aut habent, & hæc ad inſtantiam hæredis mariti, ſeu perſonæ habentis intereſſe; quod etiam facere teneantur quandocunque fuerint requiſitæ ad inſtantiam alicuius ex prædictis.

Et ſi non manifeſtauerint, non audiantur in earum dotibus, & iuribus conſequendis: & ſi manifeſtatio prædicta fuerit petita in aliqua cauſa, non currat aliquis terminus à petita manifeſtatione, niſi poſtquam manifeſtatio facta fuerit.

Declarato, & intellecto, quòd raubæ, veſtes, ornatus, & alia quæcunque pro vſu, ſeu veſtitu dictarum mulierum, intelligantur eſſe, & ſint in bonis, & de bonis mariti, excluſis duntaxat illis raubis, & bonis, quas mulieres portaſſent ad domum mariti, vltra dotes, & non fuiſſent æſtimatæ, nec rationatæ marito in dotem, quæ in eo ſtatu in quo erunt, ſeu reperirentur, ſpectent ad ipſas mulieres.

Bona vero, quæ dictæ mulieres haberent vt ſupra, teneantur dictæ mulieres æſtimata arbitrio duorum peritorum eligendorum per partes, ſeu publicorum æſtimatorum retinere ad computum, & pro concurrenti quantitate ſuarum dotium, & iurium, vel ea reſtituere, & ſolutionem ſuam conſequi in alijs bonis, in electione ipſarum mulierum, non obſtanitbus alijs ſtatutis.

Et licet dictæ mulieres iurauerint, & manifestauerint, vel non manifestauerint bona, possint nihilominus mariti hæredes, & alij, quorum interest, probare de maiori quantitate, & de pluribus rebus, & de bonis existentibus penès ipsas, vel alios pro eis, non manifestatis, vel minus manifestatis; & hoc aduersus executionem, quæ pro dictis dotibus, seu iuribus postularetur intrà tempus ad formam, de qua in statuto de causis executiuis; reseruatis semper iuribus in ordinario iudicio, etiam pro prædictis non obstante executione.

Et si post præstitum iuramentum mulieres inuenirentur deierasse, puniantur in duplum, quod soluere teneantur, vel compensetur pro concurrenti quantitate cum dotibus, si earum solutionem nondum consecutæ fuissent.

De deductione facienda in restitutione dotium. Cap. VII.

QVotiescunque dos veniet restituenda, is per quem fieri debebit restitutio, possit ex summa dotium pro frazijs retinere in se vt infra: videlicet à libris ducentis vsque in decem millia, ad rationem quinque pro centenario, si veniet restituenda infra sex annos à die traductionis vxoris ad domum mariti, vel cohabitationis ipsorum, vel in domo mariti, vel in domo vxoris; & si erit restituenda post sex annos, & intra duodecim, ad rationem octo pro centenario; & si post annos duodecim, ad rationem decem pro pro centenario; pro suprapluri verò vltra libras decem millia, non possit aliquid retineri.

Si verò nunquam fuisset secuta transductio, seu cohabitatio vxoris in domo mariti, vel mariti in domo vxoris, non possit aliquid retineri pro frazijs.

Et prædicta omnia non procedant in restitutione dotium mulieris, quæ ante matrimonium, pro quo fit restitutio, esset vidua.

De alimentis dotium. Cap. VIII.

MVlier, si mortuo marito non exegerit dotes in totum, seu pro parte, debeat pro non exactis, & quousque steterit ad exigendum, habere alimenta dotium; Et teneantur hæredes, & successores mariti dicta alimenta soluere, quæ taxari debeant secundum facultatem mariti, & quantitatem dotium per duos probos viros eligendos per partes: quod si altera pars non elegerit ad primum præceptum, magistratus ipse eligat pro ea, secundum quorum relationem teneantur magistratus pronuntiare. Et si dicti probi viri essent discordes, non concordantibus partibus de tertio, magistratus eligat tertium, vel intellecta relatione amborum arbitretur, vt ipsi videbitur.

In prædictis procedatur summarie, sine libello, sola facti veritate inspecta, & etiam ordine statutorum non obseruato.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ad dicta quod hoc casu comprehendantur nepotes. Bart. in l. liberorum ff. de verb. signific. Casavog. ad statut. de success. ab intest. § Matri n.º 15.

De antefacto. Cap. IX.

PRæmortua vxore, maritus ipſo facto lucretur de dotibus quantum ipſe conſtituiſſet pro antefacto vxoris:& pariter præmortuo marito, vxor lucretur ipſo facto de bonis mariti antefactum conſtitutum.

Quòd ſi antefactum non fuerit conſtitutum, lucrentur ad inuicem quantum fuerit medietas dotium, ſi fuerint de libris ducentis, & ab inde infra, ſi verò fuerit ſupra libras ducentas, antefactum ſit, & intelligatur eſſe de libris centum,& non vltra.

Et hæc locum habeant, ſi maritus vxorem tranſduxerit ad nuptias, vel cum ea in habitu matrimonij ſteterit,vel habitauerit.

Antefactum ſic lucratum(mortuò lucrante)reuertatur ad filios ex eodem matrimonio natos, qui ab inteſtato remanſiſſent hæredes: & eis deficientibus remaneat hæredibus lucrantis, etiam ſi vxor tranſiſſet ad ſecundas nuptias.

Poſſit vxor viro præmortuo habere vltra prædicta de bonis mariti pro faciendis veſtibus,vſque ad libras viginti quinque in ciuitate Genuæ,& vſque ad libras quinque in dominio.

De vxore fugitiua à domo mariti. Cap. X.

MVlier, quæ aufugerit, vel receſſerit de domo mariti,& acceſſerit ad ſtandum cum aliquo,excluſis patre,matre,patruo,auunculo,amita,& propinquis eius vſque in tertium gradum,amittat ipſo iure dotes, & antefactum, ſi ad inſtantiam mariti facta fuerit lamentatio coràm magiſtratu: Et quæ dotes, & antefactum intelligantur, & ſint tali caſu ipſo iure acquiſitæ liberis dictæ mulieris, qui ab inteſtato ſuccederent, ſi deceſſiſſet, reſeruato ſemper marito in eius vita vſufructu,qui debeat eſſe mariti,donec vixerit.

Si verò dicta mulier ſteterit cum dictis patre,matre,& alijs ſuperius exceptis,ſeu aliquo eorum per dies decem contra voluntatem mariti,quod præſumatur,niſi mulier,vel aliquis pro ea,de expreſſa voluntate mariti docuerit,cadat in eandem pœnam,vt ſupra.

Declarato quòd ſi maritus eſſet demens,vel furioſus, vel adeò eam malè tractaret, vt ſine periculo vitæ non poſſet cum eo ſtare, non cadat mulier in pœnas prædictas, niſi maritus præſtiterit vxori ſecuritatem arbitrio magiſtratus,vel niſi magiſtratus arbitretur interuenire cauſam iuſtam ad accedendum ad domum mariti.

Saluo tamen quòd mulier non cadat in pœnas prædictas, ſi ſtaret extrà domum mariti de licentia iudicis.

De fideiuſsione danda per mulieres nuptas extrà dominium. Cap. XI.

MVlier habens filios ex primo marito defuncto, quæ ad alia vota trãſiret extra dominium Reipublicæ, teneatur præſtare idoneã fi-

deiussionem filijs matrimonij ex marito defuncto, de restituendo antefacto, & omni eo, quod maritus defunctus ei legasset, & omnibus his, de quibus mater secundum leges non potest filios priuare; ad quam fideiussionem præstandam compellatur per quemlibet magistratum ad requisitionem dictorum filiorum, & quilibet magistratus sit competēs.

De testamentis, & vltimis voluntatibus. Cap. XII.

SI quis habilis ad testandum, testamentum, vel vltimam voluntatem, aut aliam dispositionem contemplatione vltimæ voluntatis fecerit, quæ probetur vel quinq; testibus idoneis, quorum saltem maior pars sint masculi, siue rogati, siue non rogati, vel probetur publico instrumento notarij, in quo sint quinq; testes idonei, & saltem pro maiori parte masculi vt supra firma sit, & valida. Inter liberos autem in faciendis dictis probationibus, vt supra testamentorum, vltimarum voluntatum, & dispositionum, vt supra parentum, & ascendentium quorumcunq;, sufficiat numerus trium testium masculorum.

Cæci siue casu, siue natura, qui tamen aliàs sint habiles, testamentum, vltimam voluntatem, & dispositionem vt supra facere possint in præsentia notarij, & quinq; testium idoneorum masculorum; qui testes in instanti, post publicationem factam coràm eis à notario se subscribant in testamento, nisi inter liberos; quo casu sufficiat forma suprascripta, quantum in respicientibus ipsos liberos.

Surdi scribere scientes possint etiam illud, & illam facere coràm notario, & quinque testibus idoneis, & masculis, qui se subscribant; dummodo ipsi testatores etiam se subscribant, & testamentum sit compositum in idiomate vulgari.

Filij, & filiæ familias habiles possint etiam facere testamentum, vltimam voluntatem, & dispositionem contemplatione vltimæ voluntatis, patre volente, vel ratum habente, siue tempore facti testamenti, siue ante, siue post, etiam post mortem testatoris; & valeat tali casu, ac si esset testator sui iuris.

Declarato quòd si pater non reuocauerit testamentum filij intra mēsem vnum à die habitæ notitiæ de testamento post mortem filij intelligatur consensisse.

Possint tamen dicti filij, & filiæfamilias non habentes filios de bonis proprijs, seu dotibus facere testamentum vsq; in decimam partem facultatum suarum in pia opera, etiam ignorante, & nolente patre: & similiter possint sine consensu, & voluntate patris cassare, & annullare testamenta, vltimas voluntates, & dispositiones, vt supra, etiam factas cum voluntate, vel ratificatione patris; & hæc per publicum instrumentum, in quo sint quinque testes idonei masculi. Et quod dictum est de patre intelligatur de ascendente in cuius potestate esset testator.

Famuli, seu pueri non possint facere testamentum, neque legata ad fauorem magistrorum, cum quibus sunt accordati, seu artem exercent, neque filiorum, & familiæ dictorū magistrorū: & facta sint ipso iure nulla

quo

Omnis autem q. stante hoc § potest quis partim testatus et partim intestatus decedere Afflict. cons. 83. n.º 46. lib. 1.

quo ad beneficium prædictorum, ſaluis manentibus in reliquis.

Teſtamenta, codicilli, legata, & aliæ diſpoſitiones etiam inter viuos factæ ab infectis peſte, aut ſuſpectis ad fauorem medicorum, chirurgicorum, ſeruientium, aut eorum, qui de eis curam habent, vel attinentium, aut alicuius de familia prædictorum, non valeant; imo ſint nulla ipſo iure, & facto quantum ad beneficium prædictorum ſaluis manentibus in reliquis.

Omnis autem diſpoſitio, & vltima voluntas teſtatoris, vt ſupra valeat, & teneat, licet iuſtificationes, vel ſubſtitutiones non fuerint factæ, ſeu conceptæ ſecundum leges; ſed fiat pro vt voluit teſtator, vel diſponens, dummodo non ſit contra bonos mores, vel contra aliquod prædictorũ.

Et ſi pater vel auus pupillis ſubſtitutionem fecerit, ſeu illos obligauerit, ſeruetur ſecundum quod ordinauit, & intelligatur facta expreſſa vulgaris, & pupillaris ſubſtitutio, licet ſecundum iura eam non fecerit; ita vt nec mater, nec aliqua alia perſona poſſit quicquam petere, niſi ſecundum quod de iure petere poſſet, ſi per patrem, vel auum facta fuiſſet expreſſa pupillaris.

Et ſi ſubſtitutio, vel obligatio excederet tempus pubertatis, valeat etiam, & intelligatur intra dictum tempus facta ſubſtitutio, de qua ſupra; & poſt dictum tempus intelligatur, & ſit eſſe talis, qualis de iure fieri debuiſſet.

Et valeant nuda pręcepta teſtatoris, ſeu diſponentis, vt ſupra de non alienando bona, vel aliter ordinando; imo ſi grauauerit hæredem, ſeu legatarium de non alienando, vel de reſtituendo bona, ſeu aliquam partem, aut rem alicui, ſeruetur, & executioni mandetur talis voluntas, & non valeat alienatio dictorum bonorum, partis, ſeu rei, facta ex quauis cauſa, vel facto, teſtatoris, ſeu diſponentis, vel pro qua teneretur, vel de iure obligari debuiſſet.

Saluis ſemper falcidijs debitis iure naturæ illis, quibus debentur ſecundum formam iuris, & ſtatutorum; quæ falcidia locum etiam habeat in caſu præteritionis, vel inſtitutionis non factæ, vel exhæredationis, vel inofficioſi teſtamenti, & in alijs quibuſuis caſibus ex quibus; teſtamentũ, vltima voluntas, & diſpoſitio vt ſupra nullomodo poſſint dici nullæ, ſed in omnib. ſuccedat falcidia loco cuiuſuis nullitatis.

Serui, & ſeruæ non poſſint in teſtamentis, aut quauis vltima voluntate manumitti, nec liberari, & ſi manumiſſiones, aut liberationes in teſtamento fierent, ſint ipſo iure nullæ, reliquis in ſuo robore manentibus.

Quicunq; fecerit teſtamentum, vel diſpoſitionem vltimæ voluntatis quocunq; modo, quouis iuramento firmatum, quacunq; ſolenitate, ſcriptura vel quibuſuis verbis derogatorijs, quomodocunque dictatam, vel excogitatam, etiam ſi eſſet per viam contractus, vel obligationis in ipſo teſtamento, vltima voluntate, ſeu diſpoſitione appoſitæ, & etiam ſi proteſtationem aliquam feciſſet ſuper teſtamento, vel vltima voluntate, aut diſpoſitione in futurum fiendis, ſiue quocunque alio modo; poſſit nihilominus teſtamentum, vltimam voluntatem, & diſpoſitionem tollere, caſſare, & reuocare, ſi voluerit, & aliud, vel aliam facere, vel

non facere, vt sibi placuerit, dum tamen de dicta cassatione appareat per publicum instrumentum, in quo interuenerint quinque testes idonei, qui pro maiori parte sint masculi; & casu cassationis primò factum, & facta, & omnia & singula in eo contenta: & sic obligatio, protestatio, iuramentum, & alia sint ipso iure nulla; nec possint executioni mandari non obstantibus obligationibus, solennitatibus, scripturis, protestationibus, iuramentis, & alijs in eo, & ea contentis, etiam si non fuissent seruata, quæ in priori dispositione fuissent mandata dici, reperiri, vel seruari, etiam si fuisset dictum, quod aliter non censeretur interuenisse libera voluntas testatoris in reuocando priore, & non obstante quocunque alio statuto, quæ omnia eo casu, & casibus præsumantur ficta, & facta, in fraudem statuti.

Non possit aliquis sacerdos, neque clericus beneficialis, neque religiosus interesse confectioni alicuius vltimæ voluntatis, nullusque testator possit constituere, vel ordinare aliquem clericum conditionis prædictæ fideicommissarium, vel executorem, vel sub quouis alio nomine alicuius vltimæ voluntatis. Si quis autem contrafecerit testamentum in ceteris omnibus remaneat in suo robore, & firmitate; sed quo ad dictam constitutionem clerici sit irritũ, & nullius valoris, nec obseruetur per aliquem magistratum. Notarij autem non conficiant testamentum, vel vltimam voluntatem, confectioni cuius intersit aliquis ex prædictis, vel in quo instituantur fideicommissarij, vel executores; vel aliter vt supra, sub pœna librarum quinquaginta pro qualibet vice; à qua quidem pœna intelligantur liberati quatenus per magistratum approbetur institutio fideicommissariæ, vel executoriæ in persona alicuius clerici, vt supra.

Quoniam quandoque Genuenses in varias mundi partes accedẽtes, seu nauigantes non possunt habere notariorum copiam; testamentum, vltima voluntas, & dispositio contemplatione vltimæ voluntatis facta extra dominium in aliqua mundi parte, vbi copia notariorum publicè officium notarij exercentium haberi non possit, firma sit, etiam quòd scripta fuerit manu priuatæ personæ, si per tres testes masculos, & idoneos legitimè probatum fuerit; quæ probatio fieri possit in illis partibus coràm consulibus nationis Genuensium: & exemplis de mandato consulum prædictorum factis, & per notarium subscriptis de huiusmodi scripturis, & probationibus adhibeatur plena fides, ac si fuissent ab initio manu publici notarij solenniter scripta, saluo iure cuicunque accusandi, excipiendi, & reprobandi de falso, vel de contrario.

De testamento in scriptis. Cap. XIII.

SI magistratui præsentatum fuerit aliquod testamentum, seu vltima voluntas alicuius, seu quod, vel quæ dicatur esse testamentum, vel vltima voluntas alicuius, & sit clausum, & sigillatum sigillo testatoris, & septem sigillationibus septem testium, quæ saltem sint factæ duobus diuersis sigillis, licet non pluribus; & habuerit inscriptionem ab extra

manu

manù testatoris, vel notarij, aut in casu necessitatis manu alterius de voluntate, & mandato testatoris; & similiter habeat inscriptiones septem testium attestantium cum iuramento vidisse testatorem subscribere intus,& vidisse subscribere extra,vt supra,& fuisse rogatos à dicto testatore, vt se subscriberent, & affirmasse illud esse testamentum suũ, seu vltimam voluntatem, teneatur magistratus ad instantiam cuiuscunque iurantis se habere interesse,& id non petere per calumniam, dictum testamentum aperire,& publicare,& declarare illud esse publicum, & authenticum, perinde ac si esset factum à notario publico in forma nuncupatiua; dum tamen prius fiat recognitio per dictos testes de ipso testamento,& eorum subscriptione,& sigillis, & per eos attestetur vidisse subscribere, vt supra; & quòd testator affirmauit illud esse suum testamentum, & quòd omnes ipsi testes eodem temporis contextu se subscripserunt;& quòd testator erat sanus mente,& intellectu:& existentibus mortuis testibus subscriptis,vel absentibus à dominio sufficiat probatio literaturæ dictorum mortuorum,& absentium à dominio per recognitionem,seu testificationes aliorum testium,coràm iudice examinandorum, dictaque attestatio, aperitio, & publicatio fieri debeat citatis his,qui successuri essent ab intestato,si fuerint præsentes in loco,vel intra duodecim miliaria ab eo;dum tamen sint in dominio: & facto proclamate,quo citentur alij absentes, & quicunque sua interesse putantes ad videndum fieri dictam recognitionem, examen, apertionem,& publicationem: & si tempore publicationis aliqui ex dictis testibus essent extrà dominium, vel mortui sufficiant eo casu quinque ex eis,& inter liberos tres;& in predictis procedi possit,& debeat nullo iuris ordine, vel statutorum seruato,nec peti,minusq; dari possit assessor,neque peti,aut dari dilatio deforis,sed quàm celerius fieri poterit.

De testamenta fieri non prohibendo Cap. XIIII.

QVi prohibuerit, vel dederit operam,seu fecerit, vt prohibeantur alicui habili quòd faciat testamentum,codicillos,seu vltimam voluntatem,cadat ipso iure in pœnam librarum centum,vsque in mille arbitrio magistratus, & priuatus remaneat omni successione dicti prohibiti,& commodo,& vtilitate eius bonorum,& hæreditatis,& teneatur ad reficienda damna illis,qui damnum peterentur ob testamentum,seu vltimam voluntatem non factam. Et nihilominus quando legitimè constaret de voluntate testatoris obseruetur dicta voluntas,ac si testamentum,codicilli,seu dispositio facta fuisset,non obstante dispositione aliorum statutorum.

Quòd testamentum occasione posthumi non rumpatur. Cap. XV.

TEstamentum,& quælibet vltima voluntas facta ab habente liberos, nulla ventris,vxoris,vel nurus ex filio præmortuo facta, vel habita mentione, vel posthumi, vel posthumæ valeat, & firmum sit quamuis post-

posthumus, vel posthuma præteriti nascantur; & intelligantur etiam posthumi,& posthumæ nati parte,vel auo viuente,dum tamen post testamentum,seu vltimam voluutatem nati sint.

Posthuma verò filia,vel neptis, vt supra habere debeat de bonis testatoris tantum quantum reliquerit vni ex alijs,quam habebeat tempore testamenti, si ita videbitur magistratui, & tribus ex proximioribus propinquis: si verò eisdem uidebitur quòd conditiones qualitatis, & facultatis defuncti non peterentur,quòd filia antenata,& posthuma haberent quantitatem per defunctum ordinatam,diminui debeat de relictis antenatæ id,quod uidebitur magistratui,& dictis propinquis;adeò quòd posthuma possit coæquari. Et si tempore testamenti nullam habuisset filiam, cui legasset, posthuma habere debeat quantum arbitrabitur magistratus,iudicio trium ex proximioribus propinquis de linea paterna masculini sexus,& duorum ex linea materna dictę posthumæ; & si non fuerint propinqui,stetur declarationi magistratus.

Si uero posthumus fuerit masculus habere debeat tãtum, quantum unus de alijs masculis natis ãte testamẽtum, cui fuisset uel legatum,seu per institutionem,aut aliter relictum.

Quibus casibus,& quolibet eorum, posthumus, & posthuma intelligantur, & sint obligati, & subiecti illis obligationibus substitutionibus, & alijs dispositionibus,quibus ex testamento, uel ultima uoluntate obligati fuerint alij,& filij,& filiæ respectiuè.

Sed si tempore testamenti,uel ultimæ uoluntatis testator haberet filiam, seu filias, nullis existentibus masculis, & superueniret posthumus masculus,qui uiuat post mortem testatoris,testamentum & ultima uoluntas intelligatur, & sit ruptum quantum ad heredis institutionem; & filiæ prædictę dotari debeant secundum formam capituli de fœminis dotandis;& legata,& fideicommissa ex tali testamento non debeantur exclusis legatis ad pias causas usque in decimam partem eius facultatum,& legatis debitorum suorum: & de debitis credatur eidem testatori, salua tamen legitima debita iure naturæ, & exceptis legatis factis fratribus,uel filijs fratrum testatoris,quæ ualeant,dummodo non excedant aliam decimam partem bonorun defuncti;quam si excesserint reduci debeant ad dictam decimam partem. Declarato, quòd si in legatis factis fratribus,uel filijs masculis fratrum continerentur domus,vel prædia rustica,vel vrbana,non debeantur dictæ domus, & prædia, sed duntaxat eorum æstimatio vsq; in dictam decimam parrem bonorum:

Testamentum,& vltima voluntas factum,& facta à non habente liberos, si superuenerit posthumus,vel posthuma,quę superuiuat post mortem testatoris vt supra,sit nullum,& ruptum,ac nulla, & rupta;& legata,ac fideicommissa nõ debeantur præterquam si legasset operibus pijs vsq; in decimã partem bonorum suorum, & debita sua; de quibus debitis credatur eidem, salua semper legitima debita iure naturæ.

Cum verò legata, & fideicommissa non debentur nisi vsque in decimam partẽ, siue quia testator tempore testamenti non habebat nisi filias, & superuenerit posthumus masculus, siue quia tempore testamenti

Dotatę. Dos non succedit loco legitimę. Saminiat. controv. 136. n.° 119. cum alijs in terminis huius Statuti

nullos liberos habebat,& superuenerit posthumus,vel posthuma,si tamen factum fuerit legatum alicui cuius testator fuisset executor,vel fideicommissarius,& administrasset,valeat ultra prædicta huiusmodi legatum , si factum fuerit sub commemoratione, seu facta mentione de tutela,cura,executoria fideicommissaria,vel administratione,dicendo legauit tali,cuius fuit tutor,uel curator,uel executor, fideicommissarius,seu similia verba, & non aliter, nec alio modo, salua semper legitima debita iure naturæ,& dotibus filiarum .

De legatis,fideicommissis,& falcidia debita iure naturæ. *Cap. XVI.*

Legata debeantur,& deberi intelligantur non obstante quòd hæreditas ab hærede non sit adita, eo admonito per magistratum, quòd infra certum tempus adeat;& si infra dictum tempus non adiret,vel si hæres esset extra dominium,quolibet dictorum casuum, detur curator bonis , & hæreditati iacenti,ad instantiam legatariorum, & cuiuslibet eorum , seruata forma statuti de curatoribus, contra quem curatorem procedi possit,perinde ac si hęreditas fuisset adita:& qui curator soluere debeat legata,non obstante quòd hæres hæreditatem non adiuerit, & non obstante eius absentia.

Hæres grauatus legatis, vel fideicommissis, vel de restituendo hæreditatem,seu bona,non possit aliquam falcidiam,vel trabelianicam retinere,præterquam si esset ex his,quibus deberetur legitima debita iure naturę:quo casu possit ipsam trabelianicam,seu debitam iure naturę retinere,vnica tamen debeat esse contentus,ita vt aliam requirere, vel retinere non possit ullo iure.

Ipsam uerò falcidiam,uel debitam iure naturæ unicam, ut supra, eligere sibi possit in re,quam uoluerit;dummodo tamen non possit eam eligere super bonis subiectis alicui fideicommisso, uel uinculo facto à testatore, si aderunt alia bona non subiecta, in quibus possit solutionem suam consequi.

Debita iure naturę illis,qui priuari ea non possunt, sit, & esse intelligatur illa,quæ deberetur de iure communi;sed si fuerint masculi filij,& fœminæ, ubi tractetur de legitima, dicta legitima sit tota filiorum masculorum,& aliæ fœminę habeant duntaxat illud,in quo fuissent dotatę per patrem , uel ascendentem, siue aliter beneficio capituli sub rubrica de fœminis dotandis,dum tamen dotatio non excedat quin filij masculi habeant de bonis parentum quantum alias essent habituri pro dicta legitima de iure communi.

Et habere debeant pro ea dicti filij masculi tertiam partem omnium bonorum,si computatis fœminis fuerint quattuor,uel ab inde infra; & dimidiam partem,si computatis fœminis fuerint à quattuor supra ,nisi filiæ fœminę essent in numero maiori, uel pari cum masculis ; quo casu dicti masculi pro legitima habeant duntaxat tertiam partem , etiam si omnes in numero essent ultra quattuor.

Et prædictę portiones intelligantur semper deducto ęre alieno, & funeris im-

impensa; in quo ære alieno intelligatur esse illud, in quo filiæ fuerint dotatę, vt supra.

In casibus verò statuti de successionibus ab intestato, in quibus nulla est facta mentio de matre defuncti, si superesset, & non transiuisset ad secunda vota, ante mortem filij, habeat ipsa mater debitam iure naturæ, quæ eidem de iure communi deberetur; eo tamen intellecto, quod dicta legitima non possit excedere quantitatem librarum octo millium, siue tractetur de vna post mortem vnius filij, siue tractetur de pluribus post mortem plurium filiorum; ita vt id, in quo mater successisset vt supra, computetur eidem cum legitima, quam habere deberet ex morte filiorum in vna, vel pluribus vicibus defunctorum in summa habere vltra libras octo mille & quantitas, vt supra debita iure naturæ; dictæ matri reuertatur in omnem casum ad filios masculos, seu descendentes ex masculis; & si non extarent masculi ad fœminas de illo matrimonio, de quo esset defunctus.

Quod dictum est de matre, intelligatur etiam de auia, & abauia paterna gradatim, quando mater non superesset.

Si verò dicta mater, vel auia ex prędictis, cui deberetur, vt supra legitima, transiuisset ad secunda vota, ante mortem liberorum defunctorum non possit prætendere, nec habere aliquam legitimam in bonis dictorum liberorum, vt supra defunctorum.

Sed mulier transiens ad alias nuptias conseruare teneatur quidquid ei fuisset obuentum ex successione ab intestato, etiam pro legitima ab aliquo, seu aliquibus filijs masculis, seu fœminis; & hoc filijs masculis, seu eorum descendentibus ex illo matrimonio de filio, seu filia, cuius habuisset successionem, seu legitimam. Et teneatur pro prædictis dare idoneam cautionem versus antedictos; & si aliquo casu non fuisset prę stita, nihilominus ius, & actio tàm realis, quàm personalis competat illis, pro quibus dictum fuit cautionẽ supradictam debere interponi de dictis bonis, vel rebus vendicandis, petendis, & consequendis, & ius omne perinde ac si cautiones prædictę fuissent interpositę tàm contra hæredem mulieris, quàm contra tenentem, & possidẽtem bona vel res.

De nullitate legatorum factorum Uxori. *Cap. XVII.*

HAbens filios legitimos, & naturales non possit legare vxori suæ aliquas vestes, supellectilia, & ornamenta etiam aurea, & argentea iocalia, vel annulos, salua dispositione statuti de manifestatione bonorum mariti; sed solum posit dictas vestes, supellectilia, ornamenta aurea, & argentea iocalia, & annulos eidem vxori legare ad vsufructuandum in vita sua, quo casu si haberet filios ex alia vxore, posint dicti priuigni stare, & commorari in domo, & familia cum eorum nouerca, si voluerint, & pro eo tempore valeat vsusfructus: & si non uoluerint cũ ea stare, vsusfructus proportione dictarum uestium, supellectilium, ornamentorum, aurei, & argentei, iocalium, & annulorum spectante dictis priuignis non ualeat, uel saltem eisdem prouideatur, & supplea tur

tur de bonis defuncti arbitrio duorum ex proximioribus propinquis dicti defuncti.

Non possint dicta legata de rebus supra prohibitis fieri aliquo modo, nec pro eis grauari hæredes in pecunia, vel alijs rebus, non prohibitis legari; nec in casu non validitatis ipsorum, vel non obseruantiæ aliquid aliud legari, imo similia legata sint omnino inualida, etiam respectu aliarum rerum non prohibitarum.

Quilibet magistratus ordinarius pro annullandis, & irritandis dictis legatis sit iudex competens, & procedat summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & eius ordine pretermisso.

Quod hæreditas ascendentium, & descendentium, etiam non adita transmittatur. Cap. XVIII.

FIlius, & filia hereditatem paternam, & maternam, & ascendentium etiam non aditam, & pater, & mater hereditatem filiorum, & descendentium etiam non aditam transmittant ad quemcunque hæredem, quemadmodum transmitterent si ante mortem adiuissent.

Quod debitores non posśint repudiare hæreditates in præiudicium creditorum. Cap. XIX.

DEbitor, cui delata sit aliqua hereditas, legatum, vel donatio causa mortis, non posśit in preiudicim creditorum repudiare dictam hereditatem, legatum, seu donationem; imo quo ad ipśius creditores pro aditis, & agnitis ab ipso debitore, intelligantur, & habeantur cum cautela tamen, & beneficio inuentarij.

Et quilibet notarius, ac quicunque alius teneatur mediante debita mercede, vel impensa, dare cuicunque creditori, vt supra copiam authenticam testamentorum, legatorum, instrumentorum, & aliarum scripturarum, pro vt tenerentur, illi quibus hæreditas legatũ, vel donatio legata esset, & illam agnouissent, & acceptassent.

Quòd fratres pro fratribus absentibus hæreditatem adire posśint. Cap. XX.

SI aliqua hereditas ex testamento, vel ab intestato delata fuerit ad plures fratres, seu fratres, & nepotes ex fratre, quorum aliquid essent absentes à Dominio, tempore delatæ hæreditatis, vel ante eam aditam recesśissent à dominio, posśint præsentes, si tamen aliter à testatore non esset ordinatum, soli hereditatem predictam in solidum adire, & appræhẽdere. Declarato, quòd apprehẽsio pro absentibus fieri posśit, pro vt supra, cũ cautela tamẽ, & beneficio inuentarij, & cum protestatione de non confundẽdis actionibus, & ipsi soli habeãtur heredes vniuersales.

uersales, dummodo dicti præsentes promittant,& se obligent communicare bona,redditus, & fructus cum absentibus, & de eis dando portionem ipsorum, coæquatis expensis legitimè factis,& dummodo præstent idoneos fideiussores, de communicando, & obseruando, vt supra pro tanta quantitate, quanta importaret pars dictis absentibus obueniens,cum fructibus verosimiliter percipiendis.

Et si hæreditas non esset patris, matris, aui, vel auiæ, fideiussio vt supra præstandā sit de dicta quantitate importantię, & de alia consimili summa,seu de duplo æstimationis.

Et fiat aditio cum consilio duorum ex proximioribus propinquis absentium, si aderunt, aliàs suppleatur de proximioribus vicinis, qui iurent ad sancta Dei euangelia,tactis corporaliter scripturis se credere,quòd dicta apprehensio hæreditatis non fiat ad aliquod præiudicium, damnūm,seu læsionem absentium,sed potius ad eorum commodum:& prędictis respectiue nō obseruatis, præsētes pro absētibus nō admittātur.

Si verò aliquis ex præsentibus non vellet pro absentibus adire vt supra, reliqui præsentes,& obseruantes respectiuè suprascripta,admittantur.

Sic admissi teneantur omnino conficere inuentarium de bonis dictæ hæreditatis, & librum totius administrationis; & quandocunque ad simplicem, & solam requisitionem absentis reuersi, vel eius procuratoris, aut hæredis,aut habentis ius,vel causam ab eo,teneantur bona prædicta communicare, & partem suam tradere, & soluere etiam cum sua parte introituum, & fructuum, coæquatis expensis legitimis, nulla exceptione admissa, etiam sub pœna, & interesse, vt de iure disponitur contra illos,qui tenentur inuentarium,& librum conficere,& non conficiunt. Et hæc summariissimè per viam præcepti; & non possit appellari, nec peti, nec dari assessor, & magistratus teneantur tàm principales,quàm fideiussores compellere iuris,& facti remediis opportunis,ad ita obseruandum; & possint etiam licentiam expeditam pro dicta parte,seu portione concedere de capienda possessione portionis prædictæ bonorum,seu hæreditatis.

Et si opponeretur aliqua exceptio, seu ius communicare debentis, illud ius remaneat saluum in alio iudicio, præstante tamen recuperare debente idoneam fideiussionem de conseruando indemnem eum, qui præsens hæreditatem adiuisset,pro portione dicti recuperantis.

De conseruandis bonis defunctorum extra dominium. Cap. XXI.

QVotiescunque contigerit aliquem mori extra dominium, qui non disposuerit, per quem bona sua ibidem existentia saluari, & custodiri debeant, pro beneficio hæredum, seu hæreditatum,seu eorum, quibus de iure spectabūt,teneatur Cōsul,Rector,Potestas,Magistratus vel alio nomine nūcupatus,existens in illo loco, seu regione deputatus per Rempublicam, vel nationem cum consilio suorum consiliariorum eligere duos Genuenses ibi existētes,ex melioribus,quos reperire poterit eius arbitrio; & in eorum defectu duos alios ex melioribus loci,pro

restrin-

restringendis, & saluandis bonis; qui duo teneantur iurare, promittere, & fideiubere idoneè de bene, & legaliter exercendo, & administrando bona prædicta, & iura defuncti defendendo; & de reddendo bonam, veram, & legalem rationem cum reliquatus solutione, & satisfactione, cui vel quibus de iure tenerentur.

Quibus executis, dicti duo sic, vt supra electi pro curatoribus, & tanquam curatores habeantur, in quos deuenire debeant bona dicti defuncti; & qui habeant plenam potestatem quo ad prædicta in iudicio, & extra.

Si aliquis dictorum decederet, vel de loco illo recederet, aut aliter impediretur, q̀ non posset interesse, subrogetur alius modo suprascripto.

Consul verò, Rector, Potestas, aut Magistratus non possit se immiscere in bonis dicti defuncti, nec de eis restringendis curam habere, neque aliquis eius propinquus vsque in tertium gradum inclusiue; neque possit dictus Consul, Rector, Potestas, vel Magistratus, neque eius Scriba, aut nuntius quicquam emere, seu acquirere per se, vel alium de bonis defuncti; pro quorũ callegis Scriba non possit accipere vltra denarium vnum pro libra; & hæc sub pœna syndicamenti, & librarum centum pro quolibet, & qualibet contrafactione.

Si hæres, seu habens ius, aut causam à defuncto, vel legitima persona pro eo, vel eis, medio magistratus, ordinem legitimè dederit dictis duobus deputatis, seu electis, teneantur ordinem seruare.

De vltimis voluntatibus, & alijs scripturis exhibendis Cap. XXII.

SI quis instrumentũ, seu scripturas testamẽti, vel vltimę voluntatis confectas in longinquis partibus habuerit, in quibus contineatur aliquid, quod alicuius intersit habere, & ille cuius interest petierit ipsas exhiberi, ad hoc vt exemplum, vel copia sibi tradatur expensis ipsius petentis, & iurauerit se credere illum habere dictas scripturas, in quibus contineatur aliquid, cuius sua intersit habere copiam, vt supra, teneatur magistratus, postquam fuerit requisitus, assignare dicto habenti scripturas, terminum ad illud, vel illas exhibendum, nisi requisitus negauerit illud, seu illas habere: & iurauerit non habere, nec dolo habere desijsse; quo casu detur per magistratum terminus ad probandum; & si cognouerit illum habere testamentum, seu scripturas prædictas, tali casu testamentum, & scripturæ non habeant uigorem ad præiudicium petentis, & habentium ius, & causam ab eo, neque ad beneficium negantis prodesse possint cõtra petentem, seu habentes ius, aut causam ab eo.

Si verò facta fuerit exhibitio, & data copia petenti, vt supra, debeat contribuere ad primas expensas, quas habens fecisset pro illis habendis arbitrio magistratus.

Si legatarius, uel creditor habens rem iudicatam, seu executionem expeditam pro solutione, uel satisfactione habenda petierit ab aliquo hærede, seu curatore bonorũ, vel fideicommissarijs, aut executoribus vltimarum uoluntatum, seu tutoribus, & pro tẽpore curatoribus minorum, uel habẽtibus ad infrascripta facienda facultatẽ corã magistratu exhi-

beri inuentarium bonorum,& cartularia rationum defuncti,& ſcriptu-ras facientes ad cauſam, & libros fideicommiſſariæ,ſeu tutelæ,& iura uerit dictũ inuentariũ,cartularia, & ſcripturas non petere calumnioſè nec ad alium finem,quàm inueſtigandi bona defuncti, & conſequendi ſolutionem,teneantur dicti hæredes,curatores,fideicommiſſarij,execu tores,tutores,& curatores,& alij vt ſupra exhibere, & præſentare dicta inuentaria,cartularia,& ſcripturas,coràm magiſtratu;qui requiſitus te neatur ſtatuere terminum competentem , arbitrio ſuo ad faciendam dictam præſentationem,vel exhibitionem,niſi iurauerint ad ſancta dei euangelia,ſe dicta inuentaria, cartularia, ſcripturas, & libros non ha-bere penès ſe,nec alium pro ſe,nec dolo,vel fraude deſijſſe habere,nec feciſſe,quo minus habeat, & in poteſtate ſua non eſſe illa , & illas præ-ſentare,vel præſentari facere; quo caſu non teneantur exhibere, ſed ſi cognitum fuerit illa,& illas habuiſſe,& non præſentaſſe,vel contra ve-ritatem deieraſſe , teneantur ad ſoluendum legatum , vel creditum de ſuo proprio; & in caſu exhibitionis,ſeu præſentationis, vt ſupra requi-ſitæ ſtari debeat libris,& cartularijs tàm pro,quàm contra ; dummodo ſint bene compoſiti,arbitrio iudicis, ſalua re iudicata inter partes . Et in prædictis procedatur per viam præcepti ſummarijſſimè , nec poſſit peti,nec dari aſſeſſor. Et hæc ſine præiudicio , & derogatione obliga-tionum , quas alioqui de iure haberent dicti hæredes , tutores , curato-res,& alij propter huiuſmodi ſcripturas non præſentatas .

De ſucceßionibus ab inteſtato . Cap. XXIII .

INteſtato decedenti ſiue maſculo , ſiue fœminæ ſuccedant ſoli maſculi liberi per maſculinum ſexum deſcendentes, etiam ſi adeſſent filię fœ-minę,vel earum deſcendentes ex dicto defuncto,aut deſcendentes ma-ſculi, ſeu fœminę ex filiabus prædefunctis , vel fœminæ ex deſcenden-te maſculo prędefuncto,qui, vel quę de iure communi deberent admit ti ad ſucceſſionem cum dictis liberis maſculis; ſed dictę fœminę,& de-ſcendentes ex eis intelligantur,& ſint,ac remaneant excluſæ,& excluſi; & tota hæreditas dicti inteſtati deferatur ad dictos liberos maſculos ſuperſtites,qui in ea ſuccedant in ſtirpem,& non in capita .

2 Habeant tamen dictæ filiæ,vel neptes,ſeu proneptes,fœminæ,vel maſcu-li ex fœminis, & deſcendentes ex eis tantum , quantum diſponitur per capitulum ſub rubrica de fœminis dotandis .

3 Si ex defuncto non aderunt deſcendentes maſculi ex maſculino ſexu,ſuc-cedant filiæ fœminæ,& liberi ex fœmineo ſexu deſcendentes,& fœmi-nę ex maſculis præmortuis deſcendentes,ſeu qui aderunt ex prædictis, facta inuicem collatione dotium,ſi quas ex bonis inteſtati defuncti ha-buiſſent , ſublata differentia ſexus , & patriæ poteſtatis , pro vt de iure communi ſuccedere debent,& in ſtirpem,& non in capita .

4 Sed ſi non extabunt filiæ , & vna cum deſcendentibus fœminis ex maſcu-lis præmortuis,& cũ nepotibus,vel neptibus ex filiabus,vel deſcenden tibus maſculis,vel fęminis ex eis,ſupereſſent fratres inteſtati ex vtroq;

parente,

Gli esteri codici non profittano della esclusione delle femine Vedi nota allo Statuto De privilegiis clericorum.

Anno 1666. D. Iacobum Cianellum Rote
Priorem decisum fuit dictionem Sive stare
coniunctive, in causa Rapalli vertente inter
Pompeium Liceti et Iudit. Faustina eius sororem,
ex decisione ipsius demandata.

Et Filij sive Filie] Dictio sive hic stat coniunctive, ideoq. admittuntur Filij et Filie. Casareg. ad Statut. de
success. ab intest. hic. Cavena resolut. 172. Beniell. cons. 54. et 55. per tot. et vid. Casanov. ad Statut. hic.
Pasin. Neger

Contra Alegrad. sen. cons. 59. n.° 30. et seqq. et cons. 60. n.° 51. et seqq. et 61. n.° 11. et seqq. et cons. 63. n.° 4. lib. 2. qui
reprobatur a Casareg. ubi supra

parente, vel saltem ex patre coniuncti, & filij & descendentes masculi per masculinum sexum ex huiusmodi fratribus prę mortuis, seu aliquis prædictorum, succedant vnà cum dictis neptibus, vel nepotibus ex filiabus, & cum dictis descendentibus masculis, vel fœminis ex eis, & cum dictis neptibus ex filio præmortuo, vel descendentibus masculis, aut fœminis ex eis, vel cum illis ex prædictis, qui adfuerint in stirpem, & non in capita.

Quòd si non adessent descendentes ex filiabus, & sic solum concurrerent neptes ex filijs, seu earum descendentes cum fratribus, & liberis masculis per masculinũ sexum fratrum intestati, neptes ex filijs præmortuis habere debeant ante partem de bonis defuncti, de cuius successione tractabitur, vt infra; hoc est si vna tantum neptis adfuerit, scuta duo millia auri in auro vel totam hæreditatem, si eius valor fuerit ab inde infra; & si adfuerint plures neptes, seu descendentes ex pluribus neptibus, habeant antepartem pro qualibet ipsarum, scuta mille quingenta auri in auro, vel totam hæreditatem, si fuerit minoris æstimationis. Et si fuerit capax pluris quantitatum superius declaratarum, residuum, quod erit deductis ante partem, quantitatibus, de quibus supra, in casibus respectiuè prædictis, diuidatur inter ipsas neptes, & ex eis descendentes ex filijs, & inter fratres, ac liberos masculos, per lineam masculinam fratrum defuncti in stirpem, & non in capita.

Si verò non extiterint prædicti descendentes, de quibus supra succedant fratres masculi defuncti, siue vtrinq; coniuncti, siue ex patre tantum.

Si cum dictis fratribus vtrinque, siue ex patre tantum, coniunctis aderunt liberi masculi per masculinum sexum ex fratribus præmortuis, siue vtrinque, siue ex patre tantum coniunctis, succedant etiam dicti liberi cum dictis fratribus in stirpem, & non in capita.

Et non existentibus fratribus, succedant dicti liberi soli in stirpem, & non in capita, vt supra.

Matri decedẽti ab intestato relictis filijs ex pluribus matrimonijs, succedant tã fœminę, quã masculi, pro vt de iure cõmuni succedere debent.

In omnibus aũt casibus supradictis si pater, auus, vel proauus paternus defuncti superessent, superius nominati succedãt respectiue in proprietate, & dicti ascendentes in vsufructu tantum; ita tamen quod pater excludat auum, & auus proauum.

Quatenus verò nulli ex suprascriptis nominatis, quo ad proprietatem adessent, succedant dicti ascendentes, etiam quo ad proprietatem secundum gradus prærogatiuam, vt supra.

Non extantibus autem aliquibus ex suprascriptis, succedant sorores, vel vtrinq; vel ex patre coniuncti: & filię, seu descendentes ex filiabus fratris præmortui, & filij siue filiæ, ex sorore prę mortua, vel illi ex suprascriptis, qui aderunt in stirpem, & non in capita.

Et in defectu prædictorũ, succedãt descendentes ex fratribus, & à sororibus, vltra superius vocatos, & patrui defuncti cũ eius patre vtrinq; vel ex patre coniuncti, & liberi masculi descẽdentes per lineam masculinã ex huiusmodi, vel illi, qui fuerint ex p̃dictis in stirpẽ, & nõ in capita.

Masculus & fœmina dedicatus, vel dedicata in aliquo Monasterio siue ante, siue, post mortem patris, matris, fratris, sororis, vel alicuius ipsorum, qui vel facto testamento, vel ab intestato decesserint, non possit petere, nec habere in bonis paternis, maternis, & ascendentium, nisi illud, quod, fuisset ei legatum, seu inter viuos datum, vel assignatum fuisset, & in casu qno ei nihil legatum, vel assignatum fuisset non possit petere, nisi pro sustentatione vitæ ipsorum cognoscenda arbitrio magistratus de consilio trium ex proximioribus propinquis. Et eis deficientibus, proborum virorum, quos eliget magistratus. Sed omnia bona prædicta peruenire debeant ad alios fratres, & sorores, & eorum liberos, secundum formam præsentis statuti; possit tamen petere omne id, quod ipsi fuisset legatum, seu inter viuos assignatum.

Quod habeat locum respectu bonorum dictorum ascendentium, etiam quòd ageretur de hæreditate fratrum, vel sororum, qui hæreditatem ascendentium prædictorum adiuissent.

Omnibus casibus suprascriptis, in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes respectu successionis in bonis maternis etiam quòd hæreditas materna fuisset adita, præferantur primò fratres vtrinque coniuncti; & eis non extantibus, sorores vtrinque coniunctæ; quibus non extantibus, admittantur fratres ex matre tantum, & eis deficientibus, sorores ex matre tantum, omnibus alijs prædictis respectiuè exclusis.

In omnibus verò casibus suprascriptis, in quibus adessent ascendentes, vel descendentes ex linea patris defuncti admissi secundũ ordines suprascriptos, mater, & ascendentes ex linea materna successione etiam debita iure naturali, excludantur; imò prædicti omnes, & singuli, admissi, seu vocati respectiuè ex forma pręsentis capituli succedant, omnibus alijs penitus exclusis.

Quibus omnibus deficientibus succedat agnatus masculus proximior defuncto intestato vsq; in quartum gradum inclusiue.

Et ipsis omnibus deficientibus, succedat ille, vel illa, ad quem hęreditas, seu successio de iure communi defertur.

Omnes, & singulę dispositiones præsentis statuti, & cuiuslibet partis eius, intelligantur de natis de legitimo, & vero matrimonio, & non aliter; quod intelligatur repetitum in qualibet parte eiusdem statuti.

Intestati intelligantur non solùm qui testamentum non fecerint, sed qui non habent factionem testamenti, vel qui fecisset testamentum non validum, vel quorum hæreditas ex testamento etiam valido adita non fuerit.

De successoribus naturalium. Cap. XXIIII.

NAturali ex quocunque coitu non legitimè nato decedenti ab intestato, sine descendentibus natis ex se de legitimo matrimonio; & similiter descendentibus à naturali, etiam legitimis decedentibus ab intestato sine descendentibus ex se de legitimo matrimonio; succedãt de-

descendentes,& ascendentes agnati, & alij vocati in statuto de successionibus ab intestato secundum suos gradus, perinde ac si naturalis esset legitimus,& de legitimis nuptijs natus; saluo quòd si superesset mater succedat ipsa quo ad vsumfructum in vita sua in tertia parte bonorum filij defuncti; quæ tertia pars post vitam matris peruenire,& reuerti debeat ad supradictos, secundum dispositionem statuti de successionibus ab intestato vt supra.

Pater filij naturalis, quo ad prædicta intelligatur, & sit ille, qui pater eius publicè creditur, vel ille quem patrem esse mater per publicum instrumentum cum iuramento confessa fuerit; nec admittantur illa instrumenta, in quibus confiteretur, vel diceret etiam cum iuramento esse alterius. Sed secunda instrumenta in quantum primo derogatoria essent non admittantur vt nulla, & in fraudem facta, & pater possit eum ab omnibus vendicare, ac si esset legitimus,& in sua patria potestate.

Finis Libri Quinti.

STATVTORVM
CIVILIVM
REIPVBLICAE GENVENSIS.
Liber Sextus.



De priuilegijs Reipublicæ. *Cap. I.*



REipublicę non currat aliqua pręscriptio, neque in personali, neque in reali, quot quot sit annorum, etiam vltra centum.

Bona quorũcunque debitorrũ Reipublicæ, pro quibusuis oneribus realibus, personalibus, mixtis, & alijs qbuscũque oneribus, seu causis, præterquam ex maleficio, seu quasi, sint,& intelligantur expresse obligata, & effecta Reipublicæ, pro prædictis. Et ipsa Respublica sit potior,& præferatur omnibus alijs creditoribus, etiam anterioribus, & expressam hypothecam habentibus, saluo semper priuilegio locatoris, & mulierum pro suis dotibus, & extradotibus.

De priuilegio locorum ſancti Georgij. Cap. II.

NOn poſſit per aliquem creditorem quantumcunque priuilegiatum, & habentem hypothecam,& etiam ex cauſa dotium, neque alium quemcunque haberi regreſſus ad loca, nec pagas, neque ad credita in libris comperarum ſancti Georgij,neque aliarum comperarum Reipublicę in præiudicium eius,cui facta fuiſſet obligatio per eum,ſuper quo eſſent loca, ſeu pagæ, ſeu per perſonam habentem legitimum mandatum,& auctoritatem ad dictam obligationem faciendam, ſiue obligatio remaneat irreuocabiliter facta;& non poſſit haberi regreſſus,neque ratione potioritatis,neque alia,quæ dici,ſeu excogitari poſſit,non obſtantibus contrarijs quibuſuis.

Saluis tamen ſemper omnibus auctoritatibus, priuilegijs, & conceſſionibus factis,& contractibus initis,quocunque tempore per agenetes Reipublicæ cum agentibus comperarum; quæ in ſuo robore, & efficacia remaneant.

De priuilegio palatij Ducalis. Cap. III.

NVllus in palatio ducali detineri poſſit pro debito,ſeu cauſa ciuili,ſed nullus poſſit in eo cōmorari vltra tres dies in vna,vel pluribus vicibus, niſi de licentia Ducis, & duorum Gubernatorum in palatio reſidentium.Eodem priuilegio fruatur platea palatij;& ſimiliter palatium Prætoris Genuæ.

De priuilegio clericorum. Cap. IIII.

CLerici in ſacris ordinibus conſtituti, & perſonæ eccleſiaſticæ, & aliæ quæcunque,quę ratione cuiuſuis profeſſionis,ſeu religionis non eſſent ſuppoſitæ iuriſdictioni magiſtratuum ordinariorum Reipublicę ſuper omnibus, & ſingulis litibus, cauſis, & quæſtionibus contra laicos, ſeu non eccleſiaſticos,audiantur;& dictæ lites,cauſæ,& quæſtiones cognoſcantur,& decidantur ſecundum iura romana tàm in procedendo, quàm in iudicando,& non ſecundum formam ſtatutorum Reipublicę, nec alio modo;ſaluis tamen & firmis manentibus,quæ ſpecialiter de talibus perſonis per ſtatuta prouiſa fuerint.

Si verò aliquis clericus,vel ex perſonis prædictis,quæ non ſit ſubiecta alicui iudici eccleſiaſtico,in eo loco, in quo conuenire vellet laicum, ſeu ſecularem, & coràm aliquo magiſtratu ſeculari petierit aliquid contra laicum,audiatur ſecundum diſpoſitionem præſentis ſtatuti,ſi & quatenus ſubmittat ſe de ſtando iuri coràm aliquo magiſtratu eccleſiaſtico, ſeu ſeculari, eiuſdem loci; coràm quo conueniri, & reconueniri poſſit per laicum, ſeu ſecularem, aliàs, cum non ſit iuſtum quòd ipſe poſſit conuenire alios,& ab alijs non conueniri,priuatus remaneat beneficio præſentis ſtatuti.

De

Clericus qui vult uti statutis laicorum cogit eis uti cum omnibus suis qualitatibus, et conditionibus. Panimol. decis. 151. annot. 4. n. 11 et vid. n. 41 et seqq. ibidem.

N B
N B

quando alle successioni si [illegible] è stato [illegible]
[illegible] della dec. [illegible] Maggio 1614. [illegible]
[illegible] di successione [illegible] 20 Julii 1634
[illegible] in causa [illegible]

[illegible] !!

Secundum iura Romana et non secundum formam statutorum hoc non procedit in Clerico litis consorte personae secularis quia participat eodem privilegio quo gaudet secularis. Vot. Iulij Caesaris Cevaschi presentatum Illmo Sumo in causa executiva [illegible] levioris [illegible] insertum in vol. 8. Vot. et Decis. Divers. D. Io. Pershij ubi citat votum Io. Baptae Folli redditum Illmo Magistratui Serenissime et votum Io. Benedi. Maschij redditum Illmo [illegible] et alias Rote decises

(Scr. uam vel quondam suam) ita disponit Statutum hoc sub rubr. de societat. § Creditores. sub rubr. de Compensation. § si quis mandaret alicui; et sub rubric. de accomendis § 2.
Vid. Stracch. de mercatur. decis. 103.

De priuilegio locatoris, & conductoris. Cap. V.

SVpellectilia,& alia pensionarij inuenta,& illata in domum,apothecam seu habitationem locatam, remaneant obligata locatori pro pensione,liuello,censu, & terratico; ac in eis locator pro prædictis præferatur omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus, preterquam ei, qui inueniret rem suam, vel quondam suam: nam is in ea omnibus præferatur,& dicatur res sua, vel qnondam sua, quando res non mutuauit formam.

Qui per annos quinq; pensionem,terraticum, seu canonem, aut censum non petierit & conductor iurauerit ipsam pensionem,canonem, terraticum, seu consensum soluisse; vel hæres, seu successor si fuerit bonæ famæ, iurauerit se credere auctorem, seu precessorem suum soluisse, non audiatur locator in pensione,censu,terratico,seu liuello petenda supra annos quinqne,dummodo non existat in contrarium presumptio probabilis;vel minor,aut absens non fuisset qui pensionem censum,canonem,seu terraticum petere debuerat.

Quòd bona sint affecta Reipublicæ. Cap. VI.

OMnes res immobiles vbicunque sitæ, & positæ intrà dominium, sint affectæ,obnoxię,& obligatę Reipublicę pro collectis, exactionibus & alijs quibusuis oneribus,tàm impositis,quàm imponendis; quę onera exigi possint à quocunque possessore, seu detētore: & quilibet possessor, & detentor ad ea omnia teneatur; & ad solutionem, & præstationem cogi possit,& debeat, sine præiudicio tamen eorum, qui per leges Reipublicæ,expresè essent exempti à dictis oneribus;& non posit aliqua res immobilis existens vt supra vendi, alienari, donari, transferri aliquo titulo, causa, vel occasione inter viuos, vel in vltima voluntate aliquo modo, voluntarie, nec necessario, & aliquo titulo in aliquam personam,collegium,vniuersitatem,vel locum;qui,quæ, vel quod non posit de iure compelli per magistratus Reipublicæ ad soluendum collectas,exactiones, & onera. Et si alienatio aliqua aliter secuta fuisset, teneatur nihilhominus alienans perpetuis temporibus ad solutionem onerum,non obstante dicta alienatione;nec posit dicta res de registro seu catasto illius loci seu vniuersitatis aliter describi, & tamen omnis alienatio contra formam præsentis statuti sit nulla ipso facto,& iure,& non valeat;sed habeatur pro infecta quo ad contenta in præsenti capitulo; ita etiam vt trāslatio quælibet,etiam quod de facto secuta fuisset intelligatur facta cum qualitate dictæ obligationis; nec eius possesio ciuilis, vel naturalis, neqne dominium posit aliter aliquo modo transferri.

Et saluis præmisis, nullus posit vendere, donare, aut alio quouis titulo alicui religioso priuato,aut monasterio;vel cōuentui religiosorum,nec monialium,nec beghinarum,nec tertij,nec aliorum ordinum aliquam

do-

domum,possessionem,terram, siue solum, in quo institui, vel ædeficari possit aliqua habitatio religiosorum , sine expressa licentia amborum collegiorum,sub pœna amissionis domus,possessionis,terræ, & soli dati, donati venditi, aut aliquo modo contra formam præsentis statuti translati,quæ sint affecta Reipublicæ, & ad eam pleno iure spectare, & deuoluta esse intelligantur.

Notarij non possint instrumenta translationis bonorum prædictorum,seu eorum dominij,aut possessionis conficere absque expressa obligatione soluendi dicta onera , sub pœna scutorum quinquaginta pro qualibet vice.

Non possit præsenti statuto renuntiari , & renuntiatio facta non valeat ; nullusque magistratus auctoritatem habeat aliquid faciendi contra formam præsentis capituli,quod sit, & intelligatur derogatorium quibusuis alijs aliter disponentibus.

De annua, & biennia præscriptione. Cap. VII.

QVi operas suas locauerit,& intra annum continuum à finita locatione non petierit mercedem in iudicio vel extra,præsumatur per taciturnitatem dicti anni satisfactus,si conductor, vel eius hæres iurauerit locatori fuisse ex dicta causa satisfactum;nec audiatur dictus locans pro mercede supra,& vsque ad annum,quam peteret.

Qui res mobiles , vel merces proprias, vel alienas vendiderit,seu reuendiderit ad minutum,si per annum vnum cessauerit petere pretium in iudicio,vel extra, præsumatur solutus, emptore, seu eius hærede iurante fuisse pro dicto pretio satisfactum dicto venditori;& hoc si res seu merces venditæ vni non excedant in pretio libras decem ; & à dictis libris decem supra,loco anni terminus sit duorum annorum .

Sed si de p̃dictis appareret aliqua scriptura publica, seu priuata,manu debitoris,vel de eius mandato facta,dictis pręscriptionibus non sit locus.

Declarato quòd ille intelligatur vendere ad minutum, qui tenuerit apothecam;vel publicè res,aut merces causa vendendi,vel reuendendi.

Nullus artifex,nullusque vendens ad minutum vel aliter dare possit in fidem, uel ad credentiam alicui seruo, & seruę,famulo, seu famulæ sine licentia,& cõmissione domini,seu dominæ, & si dederit in fidẽ seu credentiã, non possit pro dicto debito molestare aliquo modo seruum,vel seruam;nec eos habeat aliqualiter obligatos ; minusque modo aliquo habeat obligatum dominum,vel dominam .

De non carcerandis pro re ciuili. Cap. VIII.

MVlieres non possint personaliter detineri,nec incarcerari occasione alicuius debiti , vel obligationis ciuilis, non obstante quòd essent forestatę , ipsis tamen postquam fuerint forestatę obseruantibus vt in statuto de forestationibus.

Nullus possit detineri,neque incarcerari pro debito,vel obligatione ciui-

Annuum [illegible] praescriptio non habet locum, si Debitor continuavit recipere merces ex officina Creditoris
[illegible] Decis. 159. annot. a. n.° 62.

non possint incarcerari hoc non procedit si munus advocationis non exercent sed solo nomine sint Doctores qui procuram tantum exercent, qui etiam incarcerantur, Alexand. in l. centurio n° 17. ff. de vulgar., ubi [illegible] Math. Brun. q. 10. n° 15, Caccialup. in tract. de debitore sus. 9° et [illegible] q° 9° A.

li ſummæ librarum quinq; duntaxat,neq; ab inde infra.

Et ſimiliter doctores, & medici priuilegijs gaudentes,ac alij, ſi qui ſunt, qui ex forma iuris,& ſtatutorum detineri, ſeu incarcerari non poſſint. Sed qui in hoc,priuilegiũ perſonale habẽt nõ poſſint pro debito ciuili incarcerari,niſi aliter per ſtatuta prouiſum fuerit,niſi dicti doctores,medici,vel alij renũtiaſſent beneficio priuilegiorum;quo caſu renuntiatio valeat, non obſtante aliqua diſpoſitione in contrarium;dum tamen dicta renuntiatio ſit confirmata per decretum Senatus.

Quòd iura intelligantur ceſſa fideiuſſori ſoluenti. Cap. IX.

FIdeiuſſor,negotiorum geſtor,propinquus,& alius,quiſuis,qui coactus fuerit ſoluere pro debitore Reipublicæ,habeat contra eum,pro quo ſoluit ipſo iure,& facto ceſſa omnia Reipublicę priuilegia,iura,& actiones,directas,& vtiles,& alias; & ſic intelligatur facta ceſſio cum omnibus ſolennitatibus,& cautelis,quæ in inſtrumentis ceſſionum, de iure, vel de conſuetudine apponi ſolent,aut debent, ac ſi ceſſio facta fuiſſet in ſcriptis; & ideo magiſtratus adminiſtrare debeant iuſtitiam ipſi ceſſionario; ita vt idem ceſſionarius vti poſſit eiſdem priuilegijs,& alijs, quibus vti poterat Reſpublica ante ſolutionem prædictam in bonis dicti debitoris.

Idem intelligatur in fideiuſſore, vel quocunq; pro alio obligato ſoluente ſingulari perſonę,communi,corpori,vel vniuerſitati pro alio quocunque; ita vt dictus fideiuſſor,vel alius vt ſupra obligatus ſoluens in omnibus,& per omnia,habeat eadem iura contra eum;pro quo ſoluit,quę antea competebant creditori,& talia,qualia competebant.

De rebus fideicommiſſariæ,tutelæ, vel curæ non emendis. Cap. X.

NOn poſſit aliquis fideicommiſſarius, executor,adminiſtrator,tutor, vel curator emere,neque incallegare per ſe,vel interpoſitam perſonam rem aliquam,licet mobilem fideicommiſſariæ,tutelę,ſeu curæ. ſi quis autem contrafecerit,cadat in pœnam librarum decem pro qualibet vice;& emptio ſit nulla;& emens remoueatur ab officio.

Nullus fideicommiſſarius,executor,adminiſtrator,tutor,vel curator,neq; eorum vxores, filij, nepotes, & fratres poſſint aliquid emere de rebus ſtabilibus fideicommiſſariæ,tutelæ,ſeu curę;& ſi emerit,emptio ſit nulla,& pro inualida eam habeat magiſtratus; niſi interueniente auctoritate,vel decreto Senatus,ſeu Extraordinariorum, ſeu officij Terræfirmæ,in eorum reſpectiuè iuriſdictionibus.

De alimentis præſtandis. Cap. XI.

FIlius etiam emancipatus,& emancipatione non obſtante,teneatur de bonis, ſeu rebus ſuis dare alimenta victus, & veſtitus patri & matri egenti,ſeu partem alimentorum,ſi pater, & mater haberẽt eorum partem

tem

tem,vel ex bonis ſuis,vel aliunde.

Nepos ſimiliter etiam emancipatus,emancipatione non obſtante, teneatur de bonis, & rebus ſuis pręſtare alimenta victus, & veſtitus auo, & auię paternis egentibus,ſeu partem,quam à bonis ſuis vel aliunde non haberet; ſi tamen auus filium, aut filiam non habuerit habentem bona;nam filius prius teneatur ad alimenta patri, vel matri,quam nepos auo,& auiæ.

Si plures filij, vel nepotes haberent bona, & ſic tenerentur ad alimenta prędictorum, ſeu alicuius eorum egentis reſpectiuè vt ſupra;& aliquis eorum pręſtaret partem per alium pręſtandam, habeat actionem aduerſus dictos confratres,& connepotes,& eorum bona.

Et qui pręſtiterit alimenta alicui ex pręd ictis ſiue pro ſe,ſiue pro alio poſſit poſt mortem illius, cui pręſtita fuerint alimenta, ſolutionem ſuam conſequi in bonis illius,cui eſſent pręſtita.

Pater,mater,auus,& auia paterni teneanrur de bonis ſuis præſtare alimẽta victus,& veſtitus filio,& filię, ac nepti, & nepoti ex filio egentibus, ſeu partem,quam aliunde non haberent, ſi ex conuenienti, & decenti labore perſonę ſuę alimenta habere, & percipere non poſſent; de qua cognitione an bona habeant, vnde alimenta in totum ſeu pro parte percipere poſſent;& an ex conuenienti, & decenti labore, magiſtratus ſtare debeant relationi diligenter per eos ſumendæ à duobus ex proximioribus propinquis ex parte patris, & duobus ex parte matris illius, de cuius alimentis tractabitur: & non exiſtentibus propinquis, à vicinis eiuſdem.

Declarato, quòd pater primo teneatur ad alimenta filiorum, & eo non habente bona,teneatur auus in omnibus vt ſupra.

Si filij,vel filiæ,aut nepotes,vel neptes ex filio exiſtentibus patre,vel auo paterno abſentibus,& qui in abſentia ſteterint extra dominium per annos decem continuos,vel vltra vendiderint, ſeu alienauerint aliquam rem immobilem ad ipſos filios,vel filias,nepotes,vel neptes,vel etiam ad patrem,vel auum paternum,pertinentem,ſeu quę per ipſos,ſeu aliquem eorum poſſideretur,ſaltem ciuiliter, & hoc pro alimentis victus eorundem filij,filiæ,nepotis,& neptis,dicta alienatio firma ſit, & remaneat, ſi per magiſtratum interpoſita fuerit auctoritas, cum conſilio, & conſenſu duorum ex proximioribus propinquis dicti patris, vel aui paterni abſentis ſi reperirentur; alias duorum ex proximioribus vicinis; nec poſtea dictus pater,vel auus audiatur in petendo dictam rem, neque etiam aliquis,qui prętenderet poſtea eam emiſſe à patre, vel auo; & hęc quatenus dictus pater,vel auus abſens non prouideret de alimẽtis; quia ſi prouideret non poſſit fieri aliqua venditio; & de prouiſione vel non,ſtetur iuramento dictorum propinquorum, ſeu vicinorum; & in omnem caſum venditio fiat in publica callega.

Et prædicta locum non habeant in filio,ſeu filia,nepote,vel nepte prædictis,qui intulerit iniuriam dicto patri,vel auo,propter quam mereretur priuari alimentis,niſi eſſet paratus ſtare,& ſic ſe obligaret ordinationi duorum ex proximioribus propinquis patris,vel aui abſentis,& ſeu or

dinationi

dinationi patris vel aui, quando redierit.

Si filius ita agendo negotiando, contrahendo, bona paterna, vel aliena consumpserit, vel aliter dilapidauerit culpa sua, non possit patrem, vel aliam personam ad præstanda sibi alimenta conuenire.

Quando pater vel auus paternus præstat, seu dimittit filio, vel filiæ, nepoti, vel nepti ex filio vsumfructum bonorum eorundem, debeat dictus pater vel auus habere integra alimenta quamdiu vixerit de bonis dicti filij, filiæ, nepotis, vel neptis, vt supra donatis, & seu pro quibus vsusfructus fuisset relaxatus, seu donatus; dũmodo dicta bona, seu fructus sint sufficientia ad integra alimenta; quia aliàs sit saluum ius in omnibus vt supra.

Si maritus steterit absens extra dominium per annos tres continuos, vel vltra; & vxor non habeat vnde sustentari possit; & magistratus illud arbitrio suo cognouerit, habita informatione à duobus proximioribus propinquis dicti mariti, & totidem dictę vxoris, & eis non existentibus à vicinis, magistratus ad instantiam dictæ vxoris vendi faciat, & vendat in publica calega de bonis mariti vel mulieris, vt eidem magistratui videbitur tantum quantum opus erit, vt ipsa vxor cum familia mariti (si habuerit familiam) habere possit victum, & vestitum pro modo facultatum mariti. Et si maritus perseuerauerit, extra dominium per sex annos relinquendo vxorem absque prouisione victus, & vestitus, & ad certum terminum in literis magistratus constitutum, admonitus, vt redeat, cũ posset ad vxorem redire, noluerit, vxor possit consequi solutionem suam pro simplo dotis, seu patrimonij sui, & pro antefacto in bonis mariti. Et magistratus concedat mandatum pro æstimo consequendo, & tradi faciat plenam possessionem dictæ vxori; quę bona possit eadem vxor pro victu, & vestitu suo vendere, & alienare sine consensu, & interuentu mariti; sed seruata in reliquis forma statutorum; & hæc omnia saluo iure creditorum.

Minoribus prouideri debeat de alimentis in eorum bonis, ad requisitionem tutorum, vel curatorum, vel eius, qui alimẽta præstaret, aut cuius interesset. filiabus etiã, & neptibus ex filio præmortuo innuptis debeãtur etiam alimenta in bonis patris, vel aui paterni vsque quo nuptæ fuerint, vel dotem perceperint, adeo quòd alimenta prædicta non computentur in dotibus, etiam quod pater, vel auus paternus dotem, vel legatum reliquerit dandam, seu dandum ad earum maritare. & alimenta prædicta decerni, & taxari debeant per magistratum de consilio saltem duorum ex proximioribus propinquis ipsorum minorum, seu filiarum respectiuè ex parte patris, & totidem ex parte matris, vel maioris partis ipsorum propinquorum; & decretum alimentorum aliter factum non valeat.

Pupilli vero nutriri debeant, & morari quousque fuerint ætatis annorum trium completorum penès matrem, quæ non transiuerit ad secunda vota: & ætate annorum trium completa, nutriri, & manere debeant penès auum paternum, si eum habuerint; si verò non habuerint, vel dictus auus decederet remanere, & redire debeant penès matrẽ, quę sit vidua.

vidua. si verò mater non extabit, vel transierit ad secunda vota, maneant penès auiam paternam, si illam habuerint, & ea non extante, penès proximiores agnatos; & in eorum defectu penès auiam maternam, & ipsa non existente, penès alios proximiores propinquos.

Declarato tamen respectu agnatorum, & aliorum propinquorum, quòd pupilli, & minores nutriri, & manere non debeant penès illum ex ipsis, qui esset minores successurus.

Etiam declarato, quòd penès prędictos respectiuè stare debeant, dummodo morari possint honestè, & sine aliqua turpi suspicione.

Et declarato, quòd in pupillis excedentibus ætatem annorum decē, quo ad locum, seu personam, penès quam nutriri, & manere debeant, possit haberi ratio voluntatis ipsorum pupillorum.

Prædictą vero de pupillis, & minoribus procedant si pater, uel auus paternus in testamento, seu vltima voluntate non declarauerint penes quē nutriri, seu morari debeant; quia si illud ordinauerint, debeat illud obseruari, nisi aliqua emerserit causa nō cognita à testatore, propter quā non possint honestè, aut sine suspicione morari, penès quem testator ordinauerit; quo casu locum habeant supradicta.

Cum mulier petit solutionem dotis, & antefacti in bonis mariti præmortui, vel eius qui esset obligatus; & hęredes mariti, vel ille obligatus, aut hæredes contradixerint, magistratus, pendente lite mulieri petenti, dari faciat victum, & vestitum in bonis mariti, vel obligati, tam pro ipsa vxore, quàm pro familia secundum facultatem mariti, seu eius, qui ab ipsa diceretur obligatus; dummodo dicta mulier promittat, & idoneā fideiussionem præstet de restituendo illud, quod sibi datum fuisset occasione dictorum alimentorum si sententia contra eam lata fuerit.

Et in prædictis omnibus procedatur summarijssimè, sine processu, per viā præcepti, & sine figura iudicij, & non possit peti, nec dari assessor.

De alimentis minorum elapso anno non petendis. *Cap. XII.*

QVi minores domi proprię, vel habitationis, vel alibi receperit, habuerit, vel alimenta eis præstiterit sine ratione tutelæ, vel curę, vel administrationis, aut propinquitatis, coniunctionis, parētellæ, affectionis, aut alia quacunque, & non fecerit constitui, decerni, seu taxari alimenta per magistratum intra annum vnum à die, à qua dictos minores habuerit, vel alimentauerit numerandum, non possit pro eis vel eorum alimentis quicquam petere, vel habere; neque occasione alimentorum præstitorum minores molestare, seu grauare, nec in eorum bonis solutionem consequi, nisi pro anno vno tantum.

Si verò post annum constitui, vel decerni, & taxari fecerit alimenta, dictorum minorum per magistratum possit solutionem consequi, & habere in bonis minorum à constitutione, & taxatione in antea tantum vltra annum prædictum.

Quòd

Quòd muri intermedij, sint communes. Cap. XIII.

SI murus intermedius,& communis domorum reperiatur,seu fuerit erectus,seu altior effectus,& fabricatus à domino alicuius ex dictis ombus; & exinde dominus alterius domus voluerit domum altius tollere, seu altiare super muro, prędicto; uel etiam murum altius tollere, liceat ipsi hoc facere super muro,& de eo tanquam communi à principio se valere, dummodo soluat illi primo dimidiam expensarum dicti muri per eum factarum declarandarum arbitrio duorum magistrorum antelami,seu fabrorum murariorum eligendorũ per magistratus.

Si quis verò habuerit domum continguam alteri domui,quę habeat murum proprium,& regentem duntaxat trabes,& tigna dictæ alterius domus, possit habens domum vicinam mittere trabes, & tigna in dictum murũ,& adhærere,& firmare voltas in eo, & de eo se valere pro prædictis,vt de cõmuni,dũmodo non possit nocere muro,& domui cuius est, iudicio duorum magistrorum antelami eligendorum à magistratu: & dummodo volens trabes,& tigna mittere,vel adhærere muro cum voltis, vel firmare super eo voltas, soluat tantum, quantum arbitrabuntur duo magistri antelami eligẽdi vt supra,& nihilominus murus remaneat eius, cuius prius erat.

Nemo possit pontellos apponere de domo ad domum, nec appositos reficere,sed ædificia firmare,& eorum firmitati consulere clauibus ferreis, quas quilibet apponere possit muris intermedijs,etiam penetrantes ad partem vicini,dummodo murus vicini non deformetur,nec per ipsam clauium appositionem detrimentum patiatur.

Qui habuerit aliquod cancellum, seu fenestram supra tectum alterius à quo tecto ad fenestram nõ sint vltra palmi duodecim,teneatur ad omnem instantiam domini tecti claudere cancellum, siue fenestram, vel muro,vel crate ferrea,vel lignea,adeò quod ex eo super tectum descendi non possit.

Possint habentes murum communem de ipso muro pro vsu suæ domus quisque se valere in totum, dimisso tamen debito spatio, ne in totum perforetur,,vel adeò subtilicetur à latere vicini, vt domus vicini constituatur in aliquo periculo. Et quilibet dictorum vicinorum possit eo modo vti dicto muro; ita tamen, vt in altitudine quisque habeat suam portionem.

Et hęc non obstante quacunque pręscriptione in contrarium, & non obstantibus quibuscunque fenestris,siue cancellis, & alijs quibuscunque luminibus,& aperturis.

Et quia inter domos in pluribus locis adsunt carrubieti, nemo possit occupare dictos carrubietos, nisi pro dimidia;quisque versus suam domum tantum.

De damnis reficiendis, & arboribus cædendis. *Cap. XIIII.*

QVi in aliena terra arbores siue domesticas, siue siluestres inciderit, seu eradicauerit, deuastauerit, vel exportauerit, & seu aliquod aliud damnum fecerit teneatur damnum emendare; & vltra cadat in pœnam libræ vnius vsque in quinque, si damnum factum fuerit de die; & librarum duarum vsque in decem, si factum fuerit de nocte arbitrio magistratus, quę pœna pro medietate sit damnum passi.

Si damnum fuerit factum per bestias, seu cum bestijs, dominus earum teneatur ad refectionem damnorum; & vlterius cadat in pœnam, si damnum fuerit datum in terris clausis, seu quando sunt seminatæ, vel in eis adsunt fructus, librarum duarum vsque in decem arbitrio magistratus. & in terris apertis, seu quę non sunt seminatę, & in quibus non sunt fructus librę vnius, vsque in quinque etiam arbitrio magistratus.

Et si bestiæ fuerint capræ, hirci, seu porci, duplicetur pœna.

Liceat etiam dominis, & custodibus terrarum occidere bestias inferentes damnum, si eas repererint in terris clausis tantum.

Si dominus bestiæ voluerit eam relinquere, seu dare pro pœna, possit id facere, & remaneat liberatus.

Qui damna aliqua intulerit in nemoribus Reipublicæ, aut etiam in spectantibus ad communitates siue vsu, siue aliter cadat in pœnas respectiue statutas inferentibus damna huiusmodi nemoribus dumtamē nō sint minores suprascriptis respectiuè.

Si damnum fuerit datum in aliqua terra vt supra, vel factum incendium, seu furtum siue in terris, siue in casinis, siue in domibus, siue alibi; & nesciatur persona, quæ damnum dederit, vel furtum fecerit, teneatur vniuersitas illius loci, ad emendationē damni, nisi daret conuinctum damnificantem ante solutionem secutam. & si damnum, incendium, vel furtum prædictum esset commissum per bannitos, seu bannitum, teneatur vniuersitas hominum ad emendationem damni, etiam si notitia haberetur de delinquentibus, nisi delinquentes per dictos homines caperentur, & consignarentur in fortijs iustitiæ.

De damno dato incendio, seu furto facto, & de quantitate damni seu furti credatur iuramento domini, vel possessoris rei, vel terræ, vel manentis in ea, vsque in quantitatem librarum decem; & etiam iuramento ciuis Genuæ masculi, siue fœminæ vsque in quantitatem librarum viginti quinque, dummodo dicti iurantes sint bonæ vocis, conditionis, & famæ. & à dictis libris decem non possit appellari, vel reclamari. sit tamen salua facultas illis, contra quos concederetur licentia probandi contrarium. Appellatio vero à dictis libris uiginti quinque non retardet executionem.

Damna autem maioris quantitatis probari debeant, & ab eis appellari possit.

Damna soluenda per communitates repartiantur per rectorem, syndicum, seu ad id deputatos inter homines cōmunitatis: & ab eis exigātur

nec

Teneatur universitas. Si quis agat prius contra delinquentes, non propterea est praeclusa via agendi contra universitatem pig. Statuti. Bosch. n.° 44, et contra communitatem non probatur damnum iuramento, p. Kilosophul. in prax. n. c. 4. sub n.° 173. casu 33.

Credatur iuramento. Iuramentum non defertur amplius a Iud. quam defertur a Statuto. Mars. consil. 144. n.° 11.

Statute vol. tam quod etiam credat iuramento damnum passi sup. emolu. et incidentibus ex causa damni. Menoch. de arbitr. q. 45. n.° 10.

Possessori. Non procedit in possessore illegitimo, doloso, vel Turbatore, aut spoliatore alienae possessionis. Pantmoll. decis. 168. n.° 30. tom. 3.

Hoc procedit etiam si de dominio possessio iurantis dubitetur, quia possessio et dominium probavi [illegible] eiusdem. Rot. Genuae de Mercat. dec. n.° 14.

nec damnificatus teneatur ad dictum repartimentum exigendum.

Declarato tamen quod quatenus vniuersitates,& homines aliquid soluissent,habeant ius recuperandi in bonis eius, qui damnum dedisset vnà cum damnis,expensis,& interesse.

Non possit aliquis tenere, vel teneri facere capras, vel hircos pro ipsis nutriendis propè mare, per milliaria quinque sub eadem pœna.

Qui habuerit arbores pendentes super viam publicam, seu super terram alterius,teneatur eas incidere,nisi essent altę à plano viæ, seu terræ alterius per palmos decem octo.

Si inter terras duorum aderit via publica,& ambo conuenerint de faciendo, vel quòd alter faciat angetum super dictam viam possint illud facere,dum tamē sit altum à plano viæ ad minus per palmos decem octo.

Sed si non conuenerint,neutri liceat id facere.

De aquæductibus molendinorum,& frumentis molendis. *Cap. XV.*

NVllus etiam habens terras iuxtà alueos, vel aquæductus, aut clusas aquarum molendinorum, aquas ipsas de cursu suo solito remouere,vel diuertere possit,nec debeat in damnum,deuastationem, seu incommoditatem molendinorum; saluo tamen iure eorum, qui alioqui in dicta aqua ius haberent.

Possit tamen qui voluerit reficere,vel aptare, seu refici, vel aptari facere dictos alueos,aquęductus,& clusas in eo loco,in quo esse consueuerunt nec posit ab aliquo impediri;imo magistratus teneantur de hoc licentiam concedere,si fuerint requisiti.

Et si alueus,aquæductus, vel clusa esset iuxta uiam publicam; & ob refectionem,uel aptationem via astringeretur;posit nihilominus de licentia magistratus,id fieri, dum tamen via remaneat ampla, & lata arbitrio magistratus,saltem ex informatione proborum virorum.

Nullus verò posit vti beneficio præsentis statuti, qui intra annum saltem à die, qua ceperit molendinum facere non compleuerit ipsum molendinum canalibus,rotis,molis,& alijs.

Molinarij, & qui molendinum pro molendo tenere solent, obligati sint accedere ad accipiendum frumentum, saltem intra milliaria sex à molendino computanda, cuiuscunque petentis, si tamen ante petitionē non habuerint in molendino,vel non sint in itinere pro eundo ad accipiendum granum sufficiens dicto molendino per dies octo.

Teneantur dicti molinarij restituere quanto citius, & ad summum intrà dies octo, à die accepti frumenti numerandos farinam, ex ipso grano factam bene macinatam ad domum, cuius fuerit frumentum.

Non posit pro eorum mercede accipere nisi taxam pro tempore factam seu faciendam per censores:

Debeant granum acceptum ad macinandum benè, & legaliter custodire,& saluare,& de eo farinam facere,& non mutare,seu cambiare.

Et de mutatione,seu cambio, aut mācamēto credatur iuramēto domini,

vel dominæ grani; dummodo ſit bonæ vocis, conditionis, & famæ iudicio D.Cenſorum, & dummodo iurent intra menſem vnum à die apportationis farinę, niſi per molinarium probetur contrarium.

Molinarij contrafacientes in aliquo, teneantur ad reficiendum damnum, & cadant in pœnam arbitrio D.Cenſorum.

De quadrupedibus reſtituendis. Cap. XVI.

QVi equum, mulum, vel quadrupedem emerit, vel alio titulo acquiſiuerit, ſi retinuerit diebus quinque, intra quos non denuntiauerit à quo titulum habuerit, ſeu coram magiſtratu quòd ipſum retinere non velit, non poſſit exinde occaſione alicuius morbi, ſeu vitij, contractum reſcindere, ſed valeat, lege aliqua non obſtante.

Si verò acquirens dediſſet cauſam morbo, vel vitio, non poſſit etiam intra dictos dies quinque illum reſtituere.

Et ſi de his oriretur quæſtio, procedatur, & cognoſcatur ſummarie, ſine figura iudicij, ſine petitione aſſeſſoris.

Et ad euitandas impenſas, quæ perſæpè fiunt in deponendis huiuſmodi quadrupedibus in taberna, hoſpitio, ſeu ſtabulo, poſsit emptor volens ex cauſa, de qua ſupra, quadrupedem reſtituere illum, facta notificatione venditori, ſiue obligato intra tempus, de quo ſupra, retinere penès ſe dictum quadrupedem ſi maluerit, durante lite. Et nihilominus non intelligatur ſibi cauſatum aliquod prędiudicium, quo ad litem; & iura ſua remaneant, & conſeruentur talia, qualia ſibi competunt.

De cenſarijs, & eorum officio. Cap. XVII.

NVllus poſsit eligi cenſarius, qui non ſit bonę famę; qui neſciat ſcribere, qui non ſit ætatis annorum triginta, & qui non ſit oriundus in ciuitate, vel dominio; vel qui non habitauerit cum eius familia in dicta ciuitate per annos decem ad minus; & hęc arbitrio, & iudicio Magnificorum Patrum communis, ad quos ſpectat huiuſmodi electio.

Electus antequam admittatur ad exercendum, teneatur iurare, & promittere in actis curię patrum communis exercere bene fideliter, & legaliter ſuum officium, nullamque fraudem, vel dolum in eo committere; & etiam præſtare idoneos fideiuſſores pro libris quingentis in dictis actis de prędictis obſeruandis: quod iuramentum, promiſsionem, & fideiuſſionem teneatur renouare ſingulis annis, aliter officium prædictum exercere non poſsit.

Teneantur cenſarij habere, & tenere librum, in quo ſcribere debeant eadem die, vel ſaltem ſequenti omnia, & ſingula mercata, ſeu negotia, quæ fecerint, ſeu concluſerint, vel quę mediantibus ipſis, completa ſeu concluſ a fuerint, ſub pœna amiſsionis ſalarij, ſeu mercedis, & tantundem

dem

dem quantitatis applicandę operi portus,& modulli. Teneantur etiam dare cuilibet partium requirenti copiam dictę scripturæ;& similiter intrà horas viginti quatuor immediatè secuturas postquam fecerint, seu concluserint aliquod mercatum,seu negotium operari,& facere, quòd partes, seu contrahentes loquantur ad inuicem de mercato, seu negotio concluso; aliter mercatum prædictum non valeat, inuita altera parte.

Non possint censarij durante officio mercaturam exercere, nec aliquas merces acquirere aliquo titulo,neque cum mercatore aliquo, vel alio quouis participare in mercibus,neque in cambijs per se,vel interpositam personam,sub pœna priuationis officij.

Non possint pro eorum mercede accipere,nisi secũdum taxationem ipsis permissam,sub pœna soluendi quadruplum.

Si patres communis cognouerint aliquem censarium amouendum, seu priuandum esse officio, siue ratione malitiæ, siue contrafactionis, siue alia quauis causa,debeant statim publicum præconium fieri facere in bancis de tali priuatione. Et priuatus non possit iterum ad officium eligi,nisi transactis ad minus annis decem.

De contractibus vero mercium,& cambiorum, seu conclusionibus negotiorũ sicut supra cõclusis, stetur,& stari debeant sacramẽto censarij,& eius socij, si eũ habuerit;& si non habuerit, stetur iuramento ipsius cũ scripturis eius libri, vt supra confectis. Et quilibet magistratus teneatur compellere contrahentes, seu partes ad obseruantiam contractus sine strepitu, & figura iudicij, & sine remedio appellationis, dummodo non lapsus fuerit terminus vltra mensem, quando fiet requisitio.

Quòd aquæ vias non impediant. Cap. XVIII.

DOmini aquæductuũ, seu clusarum molendinorum teneantur aquæductus,& clusas ita reficere & construere, vt aquæ non possint decurrere per vias,nec eas impedire. Et quilibet teneatur ita prouidere, quòd aqua sua,quęcunque sit non occupet vias,nec in eis aliquod impedimẽtum afferat. qui contrafecerit cadat in pœnam librarum viginti quinque pro qualibet vice;& nihilominus reficiat damna; & teneatur ad obseruantiam.

De represalijs. Cap. XIX.

NOn possint concedi alicui aliquæ repręsalię occasione alicuius negotij,seu contractus facti cum aliquo Principe, seu Republica;nec dependentium ab eo.

Non possint etiam concedi alicui occasione castri, loci,seu iurisdictionis, aut vassalorum, quos haberet, qui non dependerent per feudum, aut aliter à Republica.

In

In reliquis verò non posſint concedi aliquę reprȩſaliæ per magiſtratus, etiam ſeruatis ſeruandis, niſi habita licentia à Senatu ſub pœna arbitraria dicto Senatui.

Laudandum tamen eſt ꝙ Sereniſs. Senatus prius ſcribat, ſiue per magiſtratum mandet ſcribi ad Principem, Dominum, ſeu Rempublicam, ſeu iudices, contra cuius ſubditos concedendæ eſſent repræſaliæ; à qua ſi non fuerit (pro vt iuſtum exigit) prouiſum, procedendum erit ad conceſſionem.

Finis Libri Sexti, & vltimi.



M

Lorena Colombini Francesco

Mir[illegible]na




UNIVER. DI PADOVA
Ist. di Diritto Romano
Storia del Diritto
e Diritto Ecclesiastico
26
A
17

Aestimationes,& diuisiones prędictæ fieri debeant in ciuitate Genuæ, &
Suburbijs per ęstimatores Genuæ,& in tribus potestatijs Bisamnis,Por
ciferæ,& Vulturi per eosdem æstimatores Genuæ,si æstimatio,vel diui-
sio facienda erit contra ciuem Genuæ,vel etiam contra alios de maio-
ri summa librarum septuaginta quinque: si verò non erit facienda con
tra ciuem, vel etiam contra alium non excesserit in sorte simpli libras
septuaginta quinque, fieri possit tàm per æstimatores Genuæ, quàm
per æstimatores locorum in iurisdictione, seu territorio quorum erunt
sita bona æstimanda,seu diuidenda.

Et in reliquo vniuerso dominio fiant etiam per æstimatores locorum,seu
iurisdictionis,in quibus posita fuerint bona,vt supra,saluo quòd si æsti
matio,vel diuisio facienda esset ad instantiam ciuis Genuæ,possint etiã
eam facere æstimatores ciuitatis Genuæ
cti ciuis.



Scriba, seu notarius æstimatorum ad id
scribæ deputantur,& scribæ,seu notari
rius ad acta æstimatorum non est depu
rum decem accedere personaliter per
notarium substitutum ad loca, & bona
mationes,& diuisiones in societate æst
galiter tàm dicta æstima,& diuisiones,
rum,præcepta,& alia acta,quæ occurr
sionum,& actorum copiam authentica
diante eius mercede,de qua in tarifa

Non possint æstimatores, & scribæ prædict
per se,nec per interpositam personam,ne
prætextu etiam ab eis,ad quorum instant
tiones,seu diuisiones,nisi vt inferius dic
officio, restitutionis accepti,& librar
libet vice.

Possint autem accipere ipsi æstimatores
ter sese diuidendum,scilicet quãdo æ
derint vsque ad valorem librarum du
bra,& à libris ducentis vsque in tria m
ab inde supra,vsque in quantũcunque
tuor auri Italię in auro. Declarato qu
ri debeat super sorte simplici, etiam
rationem de duobus tria.

Si ęstimatores Genuæ,pro exequendo o
vltra milliaria duo computanda à mœnibus ciuitatis, possint accipere
pro ipsis,& scriba soldos triginta pro singulo eorum pro æquitaturis:&
si eos pernoctare contigerit ad rationem soldorum quadraginta pro
qualibet æquitatura singulo die, computatis prædictis, etiamque &
libras tres pro quolibet prandio,& libras quattuor pro qualibet cæna.
Declarato quòd alij ęstimatores dominij possint pro dictis impensis ac
cipere medietaté summarum superius taxatarum.

Possit